
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 D
6

COMMENTARII SVPER CONSVETVDINIBVS PRECLARAE CIVITATIS BARI, IN QVIBVS QVAMPLVRIME VTILES ET SVBTILES QVAESTIONES IN MATERIA VTRIVSQ; Iuris disputantur: ac diuersi tractatus Iuris cumulantur.

ET IN MATERIA IVRIS LONGOBARDI multa dicuntur Pariter & de Iure ciuili Regni NEAPOLITANI tironibus & ueteranis in forensibus causis uersantibus admodum utiles & necessarij.

AVTORE DOMINO VINCENTIO MAXILLA AB ATELLA Lucanie origine Barensi nobili ciue allecto, V. I. D. Clarissimo.









PATAVII
Iacobus Fabrianus Excudebat.
M. D. LV
Cum gratia et priuilegio per Annos XII

LAVRENTII SOLARII BERGOMENSIS
Epigramma.

Lex erat obscuris nimium Demersa tenebris
Quam propriis Barion menibus acceperas.
Nunc nitida: & vario distincta colore refulgens
Splendorem magno lumine restituit
Masilae auxilio Clari: uelut aethere ab alto
Elucet fratris Cynthia luminibus
Quare age dum sanctae leges: dum iura manebunt
Hic tibi sit Carus semper & ex animo.

MAGNIFICIS EGREGIISQVE VIRIS SINDICIS VNIuersitati & hominibus Preclaræ Ciuitatis Bari. Vincentius maxilla ab atella lucaniæ origine:Barensi.V.I.D. S.P.D.



CVM superioribus annis Magnifici generosi ac egregii ciues e Baro. in sarmatiam(quam Iuniores Poloniam dicunt) in seruitio Serenissimæ Dominæ BONÆ sfortie de aragonia REGINÆ poloniæ nostræ Dominæ accersitus fuerim: ibi existens Domesticis curis ac forensibus causis quibus in patria præmebar(vt scitis)solutus:Quid in tanto ocio mihi agẽdum esset animo sepe volitabam:cum non minus ocii q̃ negocii ratio sit Exposcenda:ac mo africani tunc minus ociosos esse cum in ocio sumus:Demum cum omnia quæ in terris gignuntur ad vsum hominum homines autem hominum causa iuxta stoicorum placitum esse generatos agnouerim:vt in domum Domini ex horreolo meo offerrem quod deo gratum: & hominibus non inutile esset & patriæ præsertim(cui plurimum debetur) super scriptas consuetudines huius preclaræ nostræ ciuitatis bari pro tenui ingenioli mei facultate aliquid scribere decreueram:Ex hoc.n.considerabam preelectæ mihi patriæ Barensi debitum soluere: & ingenium quod ocio torpebat Excitare. Videbam ab annis quingentis & vltra eas compilatas: ex fonte explosi iuris longobardi vt plurimum ecerptas: varia & constitutionum capitulorumq; Rituum ac pragmaticarum iura in regno successisse: earum multas nouo regni iure correptas: Multas contrario vsu abolitas: Multas vero non recta intelligentia deprauari: Vtiliter imo necessario sedula interpretatione eas adiuuandas esse putabam. Ab hoc.n.proposito Paruitas ingenii & doctrine: librorum carentia cum sarmatiæ degissem vnde lex Imperialis exulauit: Inuidorum demum qui de aliis tantum iudicare ipsi facere nihil nouerunt auertebant. Sed dei optimi maximi auxilio ac spiritus sancti gratia & Bonitate (qui linguas infantium facit disertas) confisus: omni inuidorum Explosa nequitia et detractatione agresti quo potui stilo commentariolos hos super ipsas consuetudines exaraui: Non.n.spernende erant santiones iste Barenses: Mementote quæso Decuriones & ciues amplissimi illos veteres maiores & priscos Barenses quanta diligentia: quanta solertia: quantoq; studio reipublice consulentes pro cõponendis hiis consuetudinibus(vt ipsimet in proœmio earũ testantur insudasse: Nec ex alio nisi vt quẽadmodum armis ciuitas florebat ita floreret moribus & institutis: Existimantes hiis omnibus q; gloria & honore cresceret in inmensum.Qualem illi igitur curam in componendo hos mores & instituta habuere talem a vobis patres amplissimi in eis conseruandis atq; tuendis curam adhiberi pro certo desiderarent. Nam & si yapigea vetustissima origine glorieris: Si altis menibus templorum & edificiorum superba mole iactaris: Si vrbis Claritate & Excellentia ac loci amenitate Extolleris: si antiquissima demum tuorum ciuium nobilitate & præstantia dulcissima bari patria letaris: Tuo hoc municipali & proprio iure (quo ne dum tui ciues verum etiam & finitime ciuitates & oppida viuunt)magis gloriari & Exaltari oportet: Nam nec minus armis q̃ legibus & moribus athenienses & lacedemonienses gloriabantur: & Romanum creuit Imperium. Has meas igitur lucubrationes super ipso vestro municipali iure patres dignissimi alacri animo & benigna fronte suscipere a me vobis oblatas non dedignemini: Nec q; meliores a doctissimis viris presertim redi potuissent repulsa dignus iudicari

potero: Dedi.n.in gazophylatio æra minuta que potui: Argentea & aurea dent qui & ipsa prestare possunt. Quod si vobis munus hoc licet minimum Gratum fuisse agnouerint cunti:me ceterosq; patriæ alunnos (quorum ingenium meo est longe prestantius) ad maiora agredienda vos excitare iuste crediderint. Valete & boni patrie (vt soletis) consulite.

CLARISS.

CLARISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO DOmino Scipioni de summa Patritio Neapolitano: Iurisconsulto Celeberrimo: lutiorum & rosarum Baroni: ac sacri Regii collateralis consilii consiliario dignissimo Vincentius maxilla abatella lucaniæ origine: barensis. V.I.D. S. P. D.



OS est omnium scribentium Excellentissime Domine: suas lucubrationes suaq; studia & labores alicui Clarissimo viro (veluti diuo certo) dedicare: vt illius nomine clipeo & fauore in publicũ veniant: mordaces perinde lingue & latrantium ora a morsu & latratu prohibeant: & opus qd de se forte frigeret fomentum acciperet. Quum igitur per id tempus quo sarmatie in seruitiis Serenissimæ Domine Bonæ sfortiæ Reginæ poloniæ familiaribus ac forensibus negociis vacuus fui: ne ocio torperet ingenium: vtq; benemerenti preelectæ mihi patriæ barensi & posteris pro virili consulerẽ: opus meis viribus (fateor ingenue) longe impar interpretationẽ scilicet in Barenses scriptas cõsuetudines audaci pectore agredi minime veritus fui. Annuente deo crassa tamen qua potui minerua perfeci. Quum interpretationes ipsas per hominum ora dare decreuissem: cuius patrocinio: cuius fauori cuius deniq; tuictioni commictere debuissem animo mecũ sepe reuoluebam: Tandem cui hoc melius commicti possit q̃ SCIPIONI DE SVMMA viro optimo videbam neminem: hic.n. vetustissima nobilitate & attauorum longa prosapia in vrbe partenopea refulget: hic potentia Clarus: hic inter Iurisconsultos alter Papinianus habetur: hunc sua prudencia & mira animi perspicacia Inuictissimus & Sacratissimus noster CESAR CAROLVS DE AVSTRIA Romanorum Imperator in suppremo eius collaterali concilio collocauit: quis est qui illius autoritate & presentia non admiretur? quis est qui eius oratione & facundia non cõmoueatur? illi ingenium velox: tenacem atq; admirabilem memoriam: linguam prõptam & expeditam: sanum consilium: corporis fortitudinem & procacitatem non sine pulcritudine natura prebuit. Qua prudẽtia: Qua animi moderatione & fortitudine: Qua deniq; iusta lance & priuatas & publicas causas moderatur nemo est qui nesciat: Qua humanitate: quo demum amore Bonos literarum maxime cultores prosequitur admirabile quippe censeri potest. Quid de fide erga Cæsarem nostrum dominum dicam: Testatur Ciuitas Bari quam proxima francorum regni inuasione ab omni hostium incursu ac iniuria virili & constanti pectare defendit: Testatur & tota Bari prouincia vi hostium a cæsare defecta eius consilio & forti manu restituta. Quid dicam nil aliud certe q̃ id quod de Camillo Romæ dicebatur NATVRÆ OPVS MIRABILE ET VIRTVTVM VIVA IMAGO tot igitur virtutibus cõmotus has meas lucubrationes (qualescunq; fuerint) tibi magnanimo Scipioni dedicare summopere exopto. Certum.n. mihi persuadeo tue si fuerint protectioni cõmisse: per hominum ora libere procedere poterint. Benigno igitur & alacri animo pro tua humanitate suscipere oro ne dedigneris: Et qui barensem vrbem illius ciuium vitam: honorem & Bona forti pectore ab omni hostium iniuria alias defendisti: Commentariolos hos super ipsius ate defense Ciuitatis municipali iure defendere tueri & protegere non dedigneris: meq; tibi cõmissum sub tui vmbra quiescere permictas quæso: Et si Rudi hac & in expolita oratione aures offendi: si me tantum legistam (& quidem ignarum) Existimes pro certo excusatum habebis. Vale & bene.

AD CANDIDVM LECTOREM
idem Vincentius maxilla. S. P. D.

ET si scio candide lector: Multos futuros qui has meas uigilias damnent et ꝑ calũnientur: ꝙ eas in interpretandis scriptis moribus: qui de per se clari & aperti uidentur impenderim: quasi anzam cauillis prestasse. Plerosq; etiam ꝙ unius tantum priuati loci barensis scilicet & non Comuni vtilitati consulerim. hiis si fas est & licet Respondeo statutorum interpretationes necessarias esse: nec per statutum illud induci posse: ꝙ per leges non interpretentur: cũ omni a statutis remota interpretatione non nisi friuola interpretatio remota censetur: nam plerunq; a quibusdam ita peruersæ & sinistræ intelliguntur: ut necessaria fuerit iurisprudentũ interpretatio. Alius vero Respondere possem mihi sat fuisse si hanc animi mei gratitudinem in electam mihi patriam prestiterim: Damnent quoq; ac accusent memoriam Clarissimi olim viri neapodani sebastiani de neapoli qui in interpretandis scriptis consuetudinibus inclytę ciuitatis neapolis Exactissimos cõmentarios edidit: Alios & alios qui priuata locorum statuta sunt interpretati. hii .n. si prætermissa presentium consuetudinum lictera: que a me scripta sunt: non adunco & rinacerõtis (ut dicitur) naso: non tetrica fronte: non inuidis & retortis oculis legerint: inueniẽt forsan quod in Cõmunem vtilitatem prodesse poterit: & quod eos legisse non penitebit. hoc tantum lepide lector dixisse volui si quid boni legendo inuenies Deo optimo maximo a quo omne bonum est, si quid vero mali insufficientię meę atribuas: Dũ modo memineris hominem me esse, cui facile est labi posse scriptum est: non omnia possumus omnes. Vale.

Nota ꝙ ubicũq; reperitur hoc signum ☙ ibi est Disputatio contra opinionem alicuius Doctoris.



B vrbe cōdita & a primis
Bari : cunabulis maiores
nři constanti animo pro
republica consulētes: Sicut
vrbē ex omni parte muris
& turribus vallauarant: voluerunt eam
quibusdā munire santionibus:ut quem
admodum erat cellebrima armis ita 5
floreret moribus & institutis: Existima
uerunt .n. hiis omnibus ut honore &
gloria cresceret in immēsum & nesciret
subiacere defectui: & alterum quidem
in armis & obsidionibus alterū in pace
& ocio salutiferum fore. ¶ Quarum
quidem santiōum autoritatem precepe
rūt adeo valituram vt si contingerit eas
cum legibus diuerso marte decurrere & 6
contraria sētētia dissonare ipse obtineāt
ipse legibus preponātur: & merito quia
ipsis legū mollicies reformatur & atrō
citas remollitur & via dilucida tradi
tur quod erat ineptum. ¶ Quas etiam
diuus Rogerius inclyte recordationis
fortissima manu capta vrbē & dirutis
menibus & laudauit & seruauit illesas:
imo potius suo inclyto fauore firmauit
& eis perlectis Demum Robur sue con
stitutionis indulsit. Quas etiam ex lon
geuis sensibus in causis forēsibus celebra
tas tenuimus & Deo propitio tenebi
mus in eternum.



B vrbe condita & a primis bari cunabulis videtur colligi ex hac litera quod statim condita vrbe barensi fuerunt condite hee consuetudines & hoc propter illam ditionem † ab quæ est idem cum ditione a que licet ponat seperationem vt per Guil.de Cune. Cy. & Bart. in.l.meminisse.ff.de offi. pcon. ꝑ quo allegatur tex.in.l.cum ratio .§. fi.ff.de actio. empt.per Cyn. & Bal. in.l.a calligato. C. de nupt. per Oldra.in consi. 49 consueuit dubitari.per abb. in.c.super eo col.3. de appe.† Tamen immediate ponitur sicut ditio ex.l.eo tempore in fi.ff. de pecu. hoc etiam suadent illa Verba & a bari primis cunabulis.† Cunabula.n.initia & principia dicuntur.l.1 §.his cunabulis.ff de offi. prefec. prętor .§. ut liceat in proemio Institu.§. sed non vsq; versi. sed ne in primis institu.de lega.sed hoc non est verum nam Ciuitas Bari ut testatur Plinius libro .3.c.10.† fuit condita a yapige filio dedali a quo primo fuit dicta yapix ibi pediculorum oppida Rudia Egnatia Barion ante yapix a dedali filio a quo yapigia de qua etiam ciuitate testatur strabo libro sexto restatur & horatius libro primo sermonum satira quinta circa finem ibi dum dicit Postera tempestas melior via peior ad vsq; bari menia piscosi dehinc egnatia limphis hec Ciuitas diuersimode nominata reperitur nam eam plinius yapix & barion.str. bo barrium: horatius verobarum nominat Ex quibus constat vetustissimam esse ciuitatem: † et est caput prouincie nā hodie qui olim ager pediculorū prouincia Terræ Bari nominatur & sic tota prouincia de nominatur ab ipsa Ciuitate Bari & est Ciuitas metropolitana nam quęlibet prouincia habet suam metropolim eamq̄ caput in quo morabatur preses ut per Bart. in.l.1.C.de metro.beritor.libro.11.Iaso. in.l.i.col.4.ff.de offi.eiu.cui.man.est iurisd. & dicitur Ciuitas metropolitana maxima ut dicit tex.iuncta glo.in.l.si duas.§.decet.ff.de excusa.tuto.que metropolis hodie dicitur archiepiscopalis ut per glo. in.d.§.decet vnde dicatur metropolis est videre in. c.cleros .21. distin. † & ipsa prouincia terræ bari ꝑ longitudinem est septuaginta quinq; miliariorum nam incipit a flumine aufidi ab occidente & a ciuitate diruta que dicebatur canna vbi fuit illa magna Clades romanorum illata per Anibalem Ducem Carthaginensium consulibus Paulo Emilio & Terentio varrone & terminatur ad alium locum versus orientem qui etiam dicitur canna & est inter ciuitatem dirutam egnatie, & ciuitatem hostunii: latitudo maior eiusdem prouincie est miliariorum.xxxvi. quia maior latitudo terminatur in finibus agri grauinensis & nulla est pars Europe in qua sit tanta quantitas arborum oliuarum & amigdolarum quāta in dicta prouincia & est vberrima omnium rerum prœterq̄ in ea non sunt arbores aromatum & minerie metallorum caret etiam fluenti aqua & terminatur hiis finibus nam versus orientem coheret prouincie terræ hidrunti versus meridiem est iuxta prouinciam lucanie quę hodie basilicata dicitur versus occidentem habet ꝓuinciā daunie quæ hodie capitinata dicitur uersus septemtrionem habet Mare adriaticum & est parua prouincia quia etiam connumeratis casalibus & uillis continet solum quinquaginta loca ad presens habitata que sunt ista uidelicet Barum ipsum caput Barolum, Tranum, Vigilie. Melfictum, Iuuenatiū, Mola, polignanum, Monopolis, hæ maritime sunt cetere quæ sequūtur mediterranee fasanū Cisterninum, locus rotundus, Castellana, Cupersanum, rucilianum noya, Triuianum, Capursum, balázanum Carbonarium, cilee, medunium, botontum, Rubi, Terlitium, coratū, Andria, Canusium, minneruinum, Palum, grumum, binetum, Turicrum, lusetum, bitrictum, Cannetum, mōtronum, Bitectum, cellamoris, putinianum, turium, casamaxima, Acquauiua, Cassanum, sanctus herasmus, sanctus nicandus, iouia alias yoya nuces, Aliamurum, & grauina, Ciuitas Trani licet sit intus dictam prouinciā nescio ex qua causa non est sub præside prouincie bari sed sub gubernationē præsidis capitis a se De his quinquaginta locis tres sunt archiepisco-

pales ciuitates scilicet barum tranum & canusium
licet canusium in effectu non habet archiepisco
pum nam archiepiscopus barensis dicitur archie
piscopus barensis & Canusine sedis Er Tresdecim
sunt Ciuitates cathedrales scilicet monopolis cu
persanum,polignanum,bitectum,iuuenatium, bo
tontum,Melfictum,uigilie, andria, minrruinum,
Rubi & grauina,alia sunt terræ oppida & casalia
& licet batolum non sit ciuitas tamen est plusq̃ ci
uitas nam est prima Terra que sit inregno unde di
citur in vulgari prouerbio Barletta in puglia &
bonpoliere in Franza in temporalibus hæc prouin
cia habet ciuitates & terras in signita titulis nam al
tamurum & melfictum habent titulum principa-
tus Barum grauina et andria habent titulum duca
tus Botontum Coratum Polignanum & acquaui
ua habent titulum marchionatus uigilie Rubi io-
uia cupersanum & noya habent Titulum comita-
tus: Et ipsa Ciuitas bari Considerata longitudi-
ne prouincie est sita inmedio tamq̃ Cor in medio
hominis & Rex in medio regni & est fortissima &
pro tribus partibus mare Circundata. Rrdeundo
igitur ad propositum dico quod non est uerum
quod ex cunabulis Ciuitatis fuerunt hæ consuetu
dines Compositæ Cum ex ipsarum lectura post le-
ges comunes compositæ esse videntur Dicamus
ergo quod hoc non refertur ad principium vrbis
cõdite quasi Voluerit quod ab Vrbe cõdita fuissent
hæ consuetudines Compilatæ sed dicitur quod
maiores nostri ab urbe condita & a primis bari Cu
nabulis semper Constanti animo consuluerunt pro
republicam & ad hoc referuntur illa uerba unde
consulentes fecerunt ut quemadmodum erat armis
& menibus Celeberrima ita florret moribus & in
stitutis componendo has consuetudines nam existi
mauerunt quod ex hiis gloria & honore cresceret
in immensum & nesciret subiacere defectui & bene
nam ut ait Cicero libro primo officiorum in illa
præclara disputatione in qua ostendit res urbanas
maiores esse bellicis & togatorum consilia Impera
toris laudi præponenda †:Parum sunt arma foris
7 nisi sit consilium domi.et Valerius maximus libro
secundo c.4.de censo.nota dicit hec uerba Opus
8 effectu par bellicis laudibus †quid.n. prodest foris
esse strenuum si domi maleuiuitur Expugnentur li
cet urbes Corripiantur gentes Regnis manus ini
ciantur nisi foro & curia officium ac uerecundia
sua constiterit partarum rerum celo cumulus ade-
quatus sedem stabilem non habebit Er legitur de
Agisilao Lacedemoniorũ Rege quod cum esset in
terrogatus uera uirtus esset præstantior fortitudo,
9 an iustitia † Respondisse dicitur fortitudinis nul-
lum esse usum nisi adsit iustitia.unde dixit Imper.
in constitutione de iustini. Codi. emen.summa rei
publice tuitio de stirpe duarum rerum armorum
atq; legum ueniens uim suam exinde muniẽs felix
romanarum genus omnibus anteponi nactioni-
bus tam præteritis effecit temporibus q̃ deo propri
tio ineternum efficiet. istorum enim alterum al-
terius auxilio semper eguit & tam militaris res
legibus in tuto collocata est quam ipse leges at
morum præsidio seruatæ sunt. In tex. ibi & alte-

rum quidem armis hoc sumptum fuit ex proemio
institutionum ibi ut utrumq; tempus bellorum &
pacis in tex.ibi Quatum quidem santionum dici-
tur q; si presentes santiones concurrunt cum legi-
bus communibus præferri deberent in decisionibus
causarum si loquimur de legibus cõmunibus ante
10 promulgatis istud uidetur superflue dictũ † cum
consuetudo uincit legem.l.de quibus cum sequen.
ff de legi.l.ii.C.quæ si.long.consu.§.sed naturalia
insti de iur.na.gen.& ciui.l.uenditor.§.si.constat.ff.
comu.prędi.c.fi.de consur.Si vero loquimur de le
gibus comunibus conditis post consuetudinem &
11 legem municipalem idem uenit dicẽdum † quãdo
conditor legis non facit expressam mentionem de
statutis & consuetudinibus particularibus per tex.
in.c. i. de constitu. lib. vi. & ibi glo. Gemi. Phil.
fran.& Comu.Doc per Dy.in.c.generi col.fi.de re
gu.iuri.in. 6.& licet contra tex.d.c.1. fortiter faciat
tex.in l.iii.§.diuus Adrianus uer.quid tamen.ff de
sepul.uiola tamen Bar.ibi concordando dicit q; di
spositio.d.§.procedit quia Imper.fecit mentionem
de illis statutis & hoc sequitur ibi Ang.uoluit Cy.
& Bal.in l.fi.per illum tex.C.de testa. & ibi Alex.
glo.in.d.l.de quibus & ibi Ias col.xv.ubi dat duos
alios intellectus de ment.doctorum ad.d.§. diuus
Adrianus Primus est q; consuetudo faciendi sepul
crum in ciuitate superuenit Post legem diui Adria
ni principalia deinde rescripta facta post consuetu
dinem continentia idem quod & lex Adriani ideo
cassabant illam consuetudinem etiam si de ea mẽ-
tionem non fecissent quia ipsa rescripta erant con-
12 formia iuri comuni & res de facili reuertitur ad
sui naturã.l.si unus.§.pactus.ff.de pact. & iste fuit
intellectus Bar.quem posuit in Repet.d.l.ii.Alius
notabilior intellectus datur ad.d §.diuus quia cõ-
suetudo sepelliendi in ciuitate erat contra publicã
13 utilitatem quo casu † lex generalis superueniens
tollit ipsam consuetudinem etiam si de ea mentio
nem non faciat & intellectus aprobatur per Cy.
in d.l.ii & per Pau.de cast.in.d.l.de quibus & Ias.
ibi & ante eos uoluerũt Io.mona & Io.And.in.d.
c. 1. quos ibi sequitur Phil.franc. & ita dicunt li
mitari tex.in.d.c.1. Datur etiam & alia limitatio
ad.d.c.1.que est quarta in ordine secundum Iaso.
14 † scilicet quando lex superueniẽs habet clausulam
derogatoriam ad cõsuetudines nam tunc omnino
tollũtur ut notatur.in.d.l.de quibus quod etiam
procedit contra futuras consuetudines etiam si in
lege correctoria eẽt clausula generalis uidelicet nõ
obstante quacunq; consuetudine est ut late dispu-
tãdo tenet Alex.in.l.si mihi & tibi.§.in legatis col.
fi.ff de lega.primo. Ex quo sequitur q; cum Im-
per.Fedrricus secundus in proemio suarum con-
stitutionum regni cassat omnes consuetudines ad
uersantes dictis constitutionibus per illa uerba ui
delicet Cassaris in regno predicto legibus & cõsue
tudinibus aduersantibus antiquatis his nostris cõ
15 stitutionibus est q; ex dictis uerbis intelliguntur
cassate omnes consuetudines tam præterite q̃ fu-
re particulares quæ essent in quolibet loco regni
ut tenet glo.& ibi Afflic & Andre.de yser.in præ-
ludi.feudo.in.3.q.in fi.per tex.in.l.eos.§.certo. C.
de usur.

de usur. quod omnes iste consuetudines barenses que aduersarentur dicti constitutionibus regni essent cassate quod etiam probat tex. constitu. regni incipientis Puritatem in titu. de præstan. sacra. bayu. 2. cama. ubi legis lator mandat Iustitiam ministrari primo secundum ipsas constitutiones & in defectum ipsarum secundum consuetudines aprobatas Demũ secũdum iura comunia sed circa prædita dicas ut in sequenti proxima. q. dicas compilatores illud dixisse ad maiorem declarationem ¶ Sed hic cadit quæstio Ponamus quod Ciuitas bari a tanto tempore quod non est memoria hominium in contrarium & ante constitutionem regni & post semper usa est statuto & consuetudine sua que aduersatur alicui constitutioni sicut est illa de exapsumendis instris mortuis iudice notario & Testibus que incipit contigit aliquãdo in titulo infra de fid. instru. que aduersatur constitutioni regni baiulos omnes. §. ceterum utrum dicatur sublata itaquod usus qui semper uiguit & uiget fuerit nullius momenti Et uidetur quod sic quia ut dicit Io. And. in addi. ad specu. in titulo de iustru. edict. §.

16 compendiose uersi. sed nunquit † non potest induci consuetudo contra legem derogantem & hoc uult Bar. in. d. l. de quibus ubi dicit quod hoc casu cõsuetudo esset irrõnabilis & in legitima quo casu non

17 esset consuetudo † quia de eius essentia debet esse rationabilis. c. fi. de consu. uoluit Alex. in. d. § in legitis Bal. in aut. omnes peregrini. C. Comu. de succe. Abb in. c. ii. col. 4. de probati. ubi aducit rationem

18 quod ideo est quia † lex semper loquitur l. tirtani. C. de hereti. ergo lex semper reprobat consuetudinem quæ ratio est Bar. in. l. omnes populi in 7. q. ubi tenet hanc opinionem. ff. de iusti. & iure late hoc prosequitur felyn. in. d. c. ii col. 2. uersi. sed non teneas ubi asserit istam esse Cõmunem opinionem quam etiam sequitur Maria socci. in consi. 3. col. peou. libro primo Afflic. in. d. proemio §. fi. ubi multa aducit asseeens etiam tolli consuetudinem tanti temporis cuius non est memoria hominium in contrarium Voluit Alex. in. l. si non speciali. C. de testa. ubi asserit hanc esse cõmunem opinionem. Sed in contrarium facit primo quod Impe. Federicus in. d proemio Cassauit solum consuetudines ita quod debet intelligi de consuetudinibus præscriptis non autem de consuetudinibus scriptis & per regem Regni in spetie confirmatis quia iudicãtur statuta regia ut dicam infra in. q. que incipit queritur ecce quod Rex

19 Rogerius † & differt cõsuetudo scripta a consuetudine prescripta quia consuetudo scripta est ius consuetudo uero præscripta non est ius licet. in se habet ius. c. consuetudo ibi constitutio siue ius uocatur prima distin. & hoc uoluit neapodanus in cõsuetudine prima in compendio consuetudinum inclyte Ciuitatis neapolis: Sed uidetur quod hoc non possit dici quia Imper. in. d. proemio non solum cassauit consuetudines sed etiam leges aduersantes unde uidetur etiam includere consuetudines scriptas sed dicas quod stante tam longissima præscriptione fuit præscriptum contra dictam cassationem ut di-

20 cam suo loco. 2. facit † quia prescriptio tanti temporis habet uim priuilegii. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quot. & esti. l. 1. §. fi. ff. de acq. pluu. arcen. c. sup quibusdam. §. preterea de uerbo. signi & per huiusmodi præscriptionem præscribitur regalia. & principi reseruata. d. §. præterea iuncto. c. 1. que sin. rega. in usi. feud. Andre. de ysernia in. c. imperiale m. §. preterea ducatus in prin. de prohi. feu. alie. per fede. ubi

21 dixit † quod feudum ducatus & comitatus non est diuisibile nisi esset prescriptio tanti temporis cuius non esset memoria hominium in contrarium hoc tamen quod dictum est ducatus & comitatus esse indiuisibiles Nico. boeri in suis aureis decisionibus in decisi. 24 numero. 29. & infra intelligit quo ad ipsas dignitates secus autem in ciuitatibus terris & locis que sunt sub dictis dignitatibus & Io. And. in Rub. de feud col. penu. uersi. non ommicram in addi. ad speeu. dicit quod hoc de consuetudine non seruatur quia i Italia & in Alemania comitatus & ducatus diuiduntur hoc etiam dixit oldra. in consi. 237. & phil. deci. in consi. 389. col. 2. in regno hoc nostro non diuiduntur Circa hoc uide latissime per petru. Rebuffum in suo tracta. arboris feudorum circa medium in uersi. duodecima diuisio feudorum est in littera. c. & in littera. D. Similiter etiam & flumina publica sunt de regalibus. d. c. . & tamẽ predicto tempore præscribuntur ius ducendi aquã a flumine publico ut per Andre. de ysernia in. d. c. §. flumina & quando est sublata per legem uel statu-

22 tum omnis præscriptio † non intelligitur sublata præscriptio centenaria & tanti temporis ut dicit Angel. in au. ut de Ceter. comu. eccle re. & in l. nc n solum ff de usucapi. phil. deci. in. consi. cc. vii. in casu transmisso ex hispania col i. Afflic in decisi cc. xxiii est rex iuncta glo. fi. in. c. 1. de præscrip. libro 6. ubi habetur quod etiam si ius Commune resistat & sic præscriptio contra præscribentem adhuc inducitur pre-

23 scriptio prædicta † dicta. n. præscriptio equipollet ueritati secundum glo. in. l. 1. C. de serui. & aqu. Alex in. consi. 6 & . in primo libro & phil. deci. in consi. 35 col. . Ex quo. n. semper barenses fuerunt usi dicta consuetudine per tantum tempus dicuntur non admisisse constitutionem regni in contrarium faciẽtem facit ad hoc glo. comu aprobata in. c. i. de treg. & pac. ubi late per fely. facit quod dixit bal. in.

24 d. aut. oẽs peregrini ubi dixit † quod si extabat statutum & contra dictum statutum fuit facta reformatio qua reformatione uero obstante adhuc fuit obseruatum statutum quod non accenditur reformatio sed statutum nam non dicitur interruptum illud quod semper uiguit. 4. distin. c. fi. & ibi archi.

25 Alex. io. d. consi. 6 † Nec in tali præscriptione requiritur principis scientia ut per Alex. in d consi. Non obstant allegata in contrarium & primo ratio Bar. in. d. l. omnes quod lex semper loquitur nam Respondetur de mente fran. de arer in. d. c. fi de consu.

26 quod licet lex semper loquitur † tamen non est continua quia ex supereueniente consuetudine inducitur noua lex alias sequeretur absurdum quod nunquam induceretur cõsuetudo contra legem quod est falsum

27 d. §. constat & c. fi. de consu. uidemus in simili † quod si debitor est obligatus per scripturam illa scriptura dicitur semper loqui ut declarat Bar. in. l. nuda. ff. de dona. & Bal. in Rub. C. de consti. col. 2. tamen non

ſemper de nouo inducit obligationem & ex hoc
contra ipſam ſcripturam preſcribitur ſic dato quod
lex ſemper loquitur nõ tamen ſemper obligat quia
contra eã inducitur & preſcribitur conſuetudo hoc
Volutt ſocci.in.d.§.in legatis phil.deci.in.d.c.ii.de
proba.col.}.numero.13.Clarius declarat fely.in.d.
c.i.col.4.de treg.& pac.dicit.n.poſt Petrum de an-
char.in.c.canonum de conſtitu.ꝙ non eſt verum ꝙ
conſtitutio adeo obligat a principio ꝙ hodie & o-
mni tempore duret talis obligatio quaſi lex ſemper
loquatur d.l.arriani nam ſi non fuit recepta mori-
bus vtentium fingitur a principio me non obligaſſe
quod patet dicit fely.quia abrogatur per non vſum
ut in aut.de here & falci.§.i.ibi leges tam neglectas
uenimus reparare.c.deniq.iiii.diſtin.Et uicium con
tractus initi cõtra iura purgatur tempore videmus
28 etiam dicit fely.†ꝙ preſcribitur merum imperium
& tamen cõſtat ꝙ ipſa præſcriptio habuit viciosum
principium vſurpando tale officium homines car-
cerando torquendo & decapitando non.n.ſequitur
a principio cõſtitutio obligat ergo ſemper quia imo
vſus & conſuetudo contraria tollit effectus legis.z.
hæc intelliguntur in lege expreſſa uel cum clauſula
generali derogante conſuetudini quia ſi nõ deroga-
ret expreſſe uel cum clauſula generali non obſtante
non tolleretur particularis conſuetudo ut ſupra con
cluſum eſt non obſtat ꝙ Afflic.in.d.§.fi.dicit ꝙ per
legem derogantem intelligitur derogata conſuetu-
do cuius initium non extat memoria hominium in
contrarium nam Affli.ibi loquitur de cõſuetudine
præterita ſecus autem de futura quę inducitur poſt
legem derogantem†nam lex noua non acquirit ui-
29 res quando fiunt plures actus contra eam ſciente cõ
tradictore & valente contradicere non contradicen
te quia non dicitur moribus ulterium recepta & ſu-
perior videtur acquieſcere illi cõtradictioni ſeu in-
obſeruantie ut dixit Abba.& poſt eum fely.in.d.c.
i.de tregu.& pac.per illam glo.& ut dixi in tali prę
ſcriptione excedente hominium memoriam preſu-
mitur ſcientia ſuperioris fateor tamen ꝙ ex dictis
verbis annullationis contentis in.d.§.fi.caſſantur
omnes conſuetudines præterite etiam ſi eſſent a tã-
to tempore ac etiam caſſantur omnes conſuetudi-
nes præterite & future.x.xx.xxx.uel.40.annorũ non
autem future centenarie & que excedunt hominiũ
memoriam ut per glo.& Affli.ibi quia in centena-
riis perinde haberentur ac ſi ipſe princeps conceſſiſ-
ſet dictam conſuetudinem vt dicit And.de yſer.in
30 proemio dictarum cõſtitutionum col.3.† facit nam
priuilegium & conſuetudo tanti temporis paribus
paſſibus ambulãt vt per plura iura hoc probat ol-
dra.in conſi.c.iii.quia omnes fere col.i.†cum igitur
31 per priuilegium poteſt concedi ꝙ conſuetudo anti-
qua & caſſata iterum ſit ualida ergo hoc etiam in-
duci poteſt per dictam conſuetudinem tanti tem-
poris & ꝙ hoc ſit uerum expreſſe dixit Affli.in con
ſtitutione hac edictali col.i in titulo de ſalari.aduo.
vbi dicit ꝙ diſpoſitio illius conſtitutionis non fuit
a centum annis & ultra in obſeruantia & ꝙ licet
ex.d.§.fi.caſſentur conſuetudines future intelligitur
de conſuetudinibus.x:xx:xxx:uel.40.annorum
& non de conſuetudine tanti temporis allegat dicta
per eum in.c.i.de capit.corra.Adde etiam ad.Illud
quod dictum eſt ꝙ ſtante clauſula derogatoria in le
ge cenſetur ſublata conſuetudo.x:xx:xxx:uel.40.
annorum vt dixi ꝙ iſtud non procedit ſi ex noua
uel antiqua cauſa non cogitata per legem dannatẽ
conſuetudinem uel ex antiqua non detecta.quam
tũc ſi ſciuiſſet uerſimiliter princeps non dannaſſet
ipſam conſuetudinem poteſt cõſuetudo ſemel dã-
nata induci de nouo hoc dixit Abba.in.d.c.ii.alle-
gat tex.in.l.ſi hominem.z.ibi bar.ff.mãda.quod di-
ctum ibi comu.Docto.ſequuntur & iſtud non fuit
originale dictum Abba.nam ante eum dixit Anto.
de butri.in.d.c.ſi.gemi.& phil.fran.in.d.c.i.circa fi-
nem de conſtitu.lib.6.ad quod allegat dictum tex.
in argumentum & tex.in c.non debet in prin.de cõ-
32 ſa & affini.optime facit tex.in d.l.ſi hominẽ†cuius
ſuppellectilem eſt videre per Andre.barba.in.c.cũ
M.Ferrarienſis de conſti.per feli.in.c.canonum eo.
titulo per Iaſ.in.d.l.omnes populi col.3.& per eũ-
dem in.l.i.C.de preci.Imp.offere.Concludo igitur
ꝙ non obſtante ꝙ Imper.Federicus in d.§.fi.caſſat
omnes conſuetudines contrarias & aduerſantes cõ
ſtitutionibus regni ſi uniuerſitas & homines barro-
ſes & alii uſi ſunt aliquibus conſuetudinibus aduer
ſantibus conſtitutionibus regni ut eſt exemplo di-
cta conſuetudine contigit aliquando in titulo de
fid.inſtru.per tantum tempus cuius non extat me-
moria hominium in contrarium ꝙ prædictæ con-
ſuetudines ſunt ualide & ſecundum eas eſt iudican-
dum.Et in quantum ſupra dictum eſt ꝙ præſcri-
ptio innũmerabilis habet uim priuilegii & equipol-
33 let ueritas & præſcribit omnia regalia†hoc nõ ha-
bet locum quando non datur capacitas in præſcri-
bente ut puta ꝙ laicus habeat conferre beneficia ec-
cleſiaſtica quæ non ſint de iure patronatus ita Ioa.
And.in c.ii.de preben.in.6.Inno.& Abba.in.c.quãto
de conſu.late per Boeri.in.q.32.hoc tamen non ha-
bet locum quando allegaretur priuilegium pape &
probaretur per famam ut per ſely.in.c.cauſam col.
34 2.de præſcrip.†An contra ſupremã poteſtatem pa
pe currat præſcriptio immemorabilis uide fely.in c.
cum nobis de præſcrip.& an contra ſupremã po-
teſtatem Imperatoris currat talis præſcriptio uide
latiſſime per eundem fely.in c.cum non liceat eo.
titulo.¶ In tex.ibi Quas etiam diuus Rogerius uer
ba iſtius.§.fuerũt ſumpta ex proemio inſtitutionum
in.§.quas ex omnibus ibi dũ dicitur legimus & co-
gnouimus & plenum noſtrarum conſtitutionum ro
bur accomodauimus & nota quia nominat regem
35 Rogerium diuum†quo epitheto ſolum Imperato-
res & Principes ſupremi nominantur ut patet in
multis locis digeſtorũ.l.diuus Adrianus.l.iii.ff.de
ſepul.viola.l.diuus Traianus.ff.ſi qui a paren.fue.
Manu.l.diuus Claudius.l.diuus Veſpaſianus.l.diui
fratres.ff.de iur.patr.l.diuus Comodius.ff.de iure
aure.anu.l.diuus Seuerus & Antonius.ff.de extraor
di.crimi.l.fi.C.de eden.oẽs ſupradicti fuerunt Impe
36 ratores & non immerito diui appellantur†quia Im
perator ẽ luminare minus.c.ſolite de maio.& obe.
37 hoc nõ uidetur poſſe dici de rege†quia ſolus Impe-
rator eſt Dominus mũdi.l.deprecatio.ff ad lege.ro-
38 di.†& omnes reges debẽt eſſe ſubditi Imperatori.c.
Adrianus

Adrianus . l x i i i. distin. notat glo. & ibi Abba. in. c.
urnerabilem col. fi. ubi omnes scribētes qui fili. fin.
leg. per Cy. Bar. Bal. saly. & Pau. de cast. in. l. cuntos
populos & ibi Jaso. col. 2. C. de sum. trin. & fid. cath.
39 † Nec potest dici ꝙ cum iste Rogerius erat Rex hu
ius regni Sicilie & sic monarcha in regno ꝙ habeba
tur pro Imperatore in regno faciunt dicta per Affli.
in preludiis constitutionum in. q. i. & ibi ante eum
per Andre. de yser. Et dicit Bal. in. l. exemplo. C. de
40 probat. † ꝙ Rex. in suo regno est Imperator nam ad
predicta respondetur puód procedunt in his regi-
bus qui priuilegio uel prescriptione tanti temporis
cuius inicii hominium memoria in contrarium nõ
Existit prescripserunt omnia regalia ut per affli. in
dictis preludiis q. 2. & in. q. 3. Sed quoniam iste Ro
gerius fuit primus Rex in ipso regno sicilie & pre-
scriptio imemorabilis si incepit in sua persona non
potuit terminari stante etiam malafide ipsius non
poterat dici rex liber & exemptus ab Imperio ut cõ-
petebant ei quæ cõpetebant Imperatori quòd fue-
rat primus Rex in hoc regno Sicilie patet in croni-
cis quia domini Sicilie primo comites appellaban-
tur & cepit dici Rex in anno Domini. 1 1 2 8. & Ego
satis pulcre demostraui in arbore quam feci pro Se-
renissima Bona Sfortia Regina Polonie in qua de-
scripsi omnes reges ab ipso Rogerio usq; ad presen
tem nostrum inuictissimum & sacratissimum Im-
peratorem & Regem Carolum quintum de Au-
stria quo & quanto tempore quisq; ipsorum in ipso
regno neapolitano regnauit similiter etiam & in ip
sa arbore descripsi omnes Imperiales uicarios & du
ces qui pro tempore fuerunt in ducatu mediolani.
quæ arbor Impressa per mundum uagatur. nisi di-
camus quod cum recognouisset regnum ab ecclesia
41 Romana † quia fuit inuestitus ab innocentio. 2. que
ecclesia est domina directa regni Clem. pastoralis
de re iudi. & ipse Rex respectu uniuersi Regni ē Do
minus utilis respectu uero singulorum castrorum di
citur directus ut declarat Bal. per glo. ibi & post eũ
Jaso. in Rub. C. und. legi. 2 idem Bal. in. l. i. C. si plur.
uo. sente. glo & And. in proemio Constitutionum
Phil. deci. in consi. 517. satis ample per Insignem do-
ctorem sigismund. loffre. patricium neapolitanum
in sua paraphrasi feuda. seu libro Extricationum in
addi. ad Andre. de yser. in. c. i. de duo. fratri. in addi.
quæ incipit quritur an in. d. l. unica habebat omnia
42 regalia & non recognoscebat superiorem † nam in
ciuitatibus & locis donatis ecclesie Romane ab im-
peratore Constantino ipsa ecclesia in illis non reco
gnoscebat imperiũ etiam de iure ut per bar. & do-
cto. in. l. omnibus ff. ad trebelle. unde merito pote-
rat dici diuus quia ecclesia donando regnum Roge
rio donauit cum illa libertate quam ipsa habuerat
potest etiam dici quod & regibus recognoscentibus
superiorem competat hoc Epiteton diuus cum 2. ip
si sint Rectores rei publice nam dicit santus Tho-
43 mas de Aquino in secunda secunde de sacrilegio † ꝙ
omnes Rectores reipublice possunt dici diui quasi
diuina prouidentia ministri uoluit alberi. de rosa.
in suo dictionario in uerbo diui & pro ut uidi solũ
mortuis principibus dicitur & non memini unq̃ in
scripturis uiuentem principem diuum appellari nã
dicuntur sacratissimi inuictissimi felices inclyti sere
nissimi & huiusmodi similiter usus non admittit
quem principem diuum appellari. in tex. ibi inclyte
44 recordationis. i. gloriose memorie † inclytus. n. idem
est quod gloriosus & qui fulgore quodam fame res
plendet & scribitur per. y. fuit rogerius iste norman
dorum genere ut testantur historici uir gloriosus
45 † licet mors omnia soluat. §. deinceps in aut. de nu
pti. tamen factorum memoria non tollitur unde
Cicero de somnio scipionis loquens in persona ma
xinisse regis de scipione aut cuius ego nomine ipso
recreor ita nunq̃ ex animo meo discedit illius opti-
46 mi atq; inuictissimi uiri memoria † uiuit. n. homo
mortuus quandoq; per gloriam ut dicit tex. & ibi
glo. inst. de excusa tuto in prin. ibi hi. n. qui pro repu
blica ceciderunt in perpetuum uiuere Creduntur &
in tantum superest factorum memoria quod licet
in corporalis sit summe per secula de aure in aurem
posterorum transscendens laudatur quando Bona
quando uero mala damnatur ne dum uerbo ho-
47 minium detestantium malos mores † sed etiam est
dare casum in iure quòd iudicis sententia damna-
tur ut in Crimine lese maiest. l. si quis filio Exhereda
to. §. quod si quis uersi. Sed ne eorum. ff. de iniu. rup.
& irri. testa. §. publica insti. de publi. iudi. §. per con-
trarium insti. de here. quæ abinte. deferu. & memo-
ria post mortem in dicto Crimine accusari potest
ut est glo. singu. in. d. §. per contrarium de qua per
ange. de are. ibi. & per eundem in suo tracta. male-
ficiorũ in uers. che hai tradito la tua patria uer. &
Et bene aduertas & ibi augusti. arimi. 2 ibi Ange. po
nit practicam qualiter formetur processus & inqui
sitio contra mortuum & per Io. de imo. in. l. si defun
cto. ff. de publi. iudi. & in. c. quoniam frequẽter ut lit.
no. contest anto. capiti in compedio suarum decisi.
in deci. 130. col. 9. n. 15. tu autem omnino uide pulcrũ
consi. Bartho. cepo. in numero. 17. ubi late hoc dispu-
tat Et nota quòd in quantum dictum est memori-
am defunti posse accusari & dannari procedit so-
48 lum † quando Crimen lese Maiestatis committitur
contra Imperatorem & contra rempublicam roma
norũ in his duobus capitibus tantum potest in cete
ris uero capitibus Criminis lese Maiestatis Damna
ri non potest ita Ange. in consi. 221 allegat ad hoc tex
in. l. 3. ff. ad lege. Iuli. Maie. & est glo. in. l. ex iudicio-
rum. ff. de accusa. uoluit augu. arimi. in addi. ad An
ge. de malef. in uerbo qui Dominus Iudex uidens in
addictione quæ incipit tu autem in hac materia in
quantum supradictum est meminit capiti. in. d. deci
si. n. 19. tu uide omnino phil. deci. in consi. 4 1 0. ubi
late hoc disputat & concludit contra Ducem Medi
olani non potuisse committi Crimen lese Maiesta-
tis ad effectum ut damnari possit memoria defunti
cum solum in illis duobus capitibus locum habe
at et tenet hoc Cepol. in. d. consi. 17. licet ibi concor
dando glo. in. l. i. ff. ad lege. Iuli. Maie. cum glo. in. l.
fallaciter in verbo patria. C. de abol. uelit & bñ iudi
cio mro quod quando oppugnatur alia respublica
quam respublica romanorum ad effectum auferen
di a principe quia forte dependebat a principe quod
hoc casu damnari potest memoria subdit etiam Ce
pol. ꝙ in Italia quilibet princeps etiã recognoscens

superiorem exemplificat in Marchione Ferrariensi
qui modo dux est exercet iura loquentia in crimine
lese Maiestatis de consuetudine quam consuetudi-
nem dicit ualere & ꝙ debet attendi ut plene nota-
tur per Alberi. de rosa.in suo opere statutorum in.3
pact.q.18.&.19.ego tenerem ꝙ talis consuetudo pro
cederet contra rebelles uiuos non auté contra mor-
tuos ut damnari possit memoria quia regulariter
49 † mors extinguit delictum.C.si reu.uel accu.mort.
fuer.solum hoc uidetur ut dictum est habere locum
in Imperatore & rempublicam Romanorũ ut oẽs
Doctores dicunt nisi diceretur ꝙ esset consuetudo
immemorabilis quæ habet vim priuilegii ut late
50 supra deduxi:Sentit etiam Cepol.in.d.consi † ꝙ in-
feriores a principe pñt facere statuta disponẽtia de
publicatione bonorũ allegat Bar.in.l.i. potest medi
um.ff.de boni.damna.hoc Clarius dixit Ange.in.d.
consi.221. ꝙ ualeret statutum factum a ciuitate lu-
cana ꝙ post mortem delinquentis posset procedi cõ
tra mortuum delinquentem & contra bona sed au
gusti arimi.in.d.additiõe dicit se dubitare de dicta
decisi.Ange. quia quilibet princeps & quelibet res-
publica uolunt habere prerogatiuas principis & rei
publice romanorum iuxta ea quæ dixit Bar. in.l.In
famem.ff.de pub.iud.Cepolla etiam in.d consi.di-
cit ꝙ ea quæ dicuntur de Imperatore ut cõmictens
crimen lese Maiestatis in eum posit post mortem
51 damnari & accusari habent locum in papa † qui
habet tantam potestatem in terris ecclesie quantam
Imperator in terris Imperii iuxta nota in.c. so-
lite de maior. & obbe. & in. c. per uenerabilem
qui fili. si. legi.& credo quòd in hoc nullus sentit
contrarium.Nec etiam esset dubitandum hoc de re
ge nostro Sicilie qui cum recognoscat regnũ ab ec-
clesia Romana recognouit exemptum ab Imperio
ut fuerat penes ipsam ecclesiam ut supra dixi & ipse
rex est monarca in ipso regno ut late hoc disputãdo
tenet And.de yser.in preludiis feudo.in.3.q.& idem
And. in suo proemio constitutionum regni dicit ꝙ
rex huius regni est Imperator in ipso regno & late
afflic.in suis preludiis in.i.q.ad dictas constitutiones
sicut. n. posset procedere contra commictentem
crimen lese Maiestatis post mortem in terris eccle-
siæ posset ipse rex in dicto regno quod habuit ab ec-
clesia: Nota etiam ꝙ id quod dictum est post mor
52 tem † memoriam rebellis posse accusari & damna
ri procedit solum infra quinquennium eo elaxo nõ
potest de hoc est glo.in.l.ii.C.de aposta.voluit Ang.
de aret.in.d.verbo che hai traduto la tua patria in
d.versi. Et bene aduertas.2.ibi augusti. Cepo. in. d.
consi.17. aliquid per grama.in compedio suarũ de-
cisionum in decisi.105.numero. 22. sed uidetur ꝙ in
regno nostro Neapolitano elaxo quinquẽnio etiam
bona potest fiscus uendicare quia licet de iure dige-
storum requirebatur sententia contra rebellẽ ut bo-
na confiscarentur.l.si quis filio.§. ꝙ si quis.ff.de in-
iu.irri.testa.tamen per capitulum regni quod inci-
pit bona proditorum dominium bonorum rebel-
lis amictit ipso iure statim commissa rebellione &
trãsit in fiscum ut per glo.Neapo.ibi & Clarius in
c.regni ad uindictam si ergo dominium transit in fi
scum poterit ipse fiscus semper infra. xxx. annos a
morte rebellis uendicare dicta bona tamꝗ̃ sua.
¶ Sed quæro quid in crimine heresis utrum post
quinquennium posit damnari memoria glo. in. c.
2.de prescrip.in vi.& in.c.accusatus de here.in vi.&
in summa xxiiii.q.ii.dicunt ꝙ per xl.annos Aba. &
Fely.in.c.a nobis de prescrip.distingũt inter fiscum
ecclesie & temporalem ut in fisco ecclesie vendicat
sibi locũ gl.iuris canonici & in fisco Imperii habeat
locũ gl. iur.ciui. Et nota ꝙ licet alia delicta morte
extinguntur ut.d.titulo.C.si reu.uel accu.7.non po
test dãnari mortuus.l.fi.ff.quæ sen.sin. appe. rescin.
53 † tamẽ si inchoato iudicio in vita defũti heres post
mortem eius uellet pro purganda infamia defun-
ti ꝙ proferretur sententia põt hoc petere quia uide
tur tractari etiam de suo interesse ut absoluatur nã
turpe uidetur ꝙ quis uocetur filius uel heres alicu-
ius malefici.tex.est in.l.filio.§.fera.ff.de adime.lega.
quem Bal.in.l.i.C.ne ex deli.defun.dicit non eẽ ali-
bi refert licet corrupte augu.arimi.in addi.ad Ang.
de malefi.in.d.verbo qui dominus Iudex videns in
54 d.sua additione. ¶ † Sed quęro an sicut potest da
mnati memoria rebellis ita etiã posit ipsa memo-
ria damnata restitui beneficio.2.indulgentia princi-
pis iuxta.l.i.& toto titulo.C.de sen.pass.& restitut.
55 Ista quæstio non est inutilis † nam ponamus ꝙ rebel-
lis fecerat testamentum & mortuus est rebellis cla-
rum est testamentum nullum esse.d.l.si quis filio.§.
irritum &.§.sed si quis uersi.sed ne eorum.ff. de in-
iu.rup.& irri.testa l.pantonius.§.rei perduelliõis.ff.
de acqu.here.l.eius.ff.de testa.l.cum filius.§.fi.ff.de
lega.secundo.l.quisquis.C.ad lege.Iuli.Maie. cum
simi.si restituitur memoria a principe utrum cõua-
lescat testamentum iste articulus examinatur a Do-
mino Sigismund.loffre.in suo cõsi.8.circa medium
& in sua paraphrasi feudali seu libro extricationum
in titulo de pac.iura.firma. Et licet omnia adamu-
sim & plene dicat ego intendo ad partes ipsum ar-
ticulum examinare & uidetur dicendum memoriã
rebellis damnati non posse restitui & primo quia
56 † restitutio est factu.l.consilio.§.fi.ff.de cura.furio.fa
ctum non potest applicari ad id quod nullum est.l.
nam & si.§.patet defectum.ff.de iniu.rup.& irri.te-
sta.cum igitur homo mortuus nihil sit institu.de in-
uti.stip.§.i prin.quare &c.secũdo ista restitutio in hoc
casu non posset fieri nisi per fictionem fingendo re-
57 bellem non rebellem † fictio imitatur naturã.l.ado-
ptio.ff.de adopti.§.minorem institu.eo.titulo unde
non potest trahi ad ea quæ sunt impossibilia per na
turam ut late per Bar.in sua repeti.l.si quis pro em-
ptore.ff.de usucap.in prima & tertia.q. princi. cum
igitur per naturã homo mortuus restitui non potest
58 sequitur ergo ꝙ nec per fictionem † tertio fictio tran
slatiua debet habere extrema habilia silicet extremũ
a quo & ad quod ut late per Bar.in.d.l.si quis ꝑ em
ptore & ibi perscribentes immo requiritur subiectũ
habile ut per Iaso.in.d.l.si quis pro emptore col.24.
numero.99.Si nos cõsideremus extremum ad quod
refertur restitutio ista fictitia reperitur extremum in
habile ac etiam subiectum quia nihil est quod resti
tui posit ad hoc facit tex.in.l.necessario.§. quod si
pendente in versi.plane.ff.de peri.& como.re.uẽdi.
59 † ubi uenditio facta sub cõditione adueniente con
ditione

ditione non perficitur si Res uendita in medio tem
pore fuit perempta ita si mortuus reperitur qui re-
stituendus erat restitutio uites nõ habet propter su-
biecti defectum facit ad hoc quod dixit Bal.in.l. la
60 ta.C.de appel.ubi dixit † q si legatarius damnatus
restituitur uiuo testatore recuperat legatum si uero
restituitur mortuo testatore non recuperat ratio qa
tempore restitutionis non erat capax legati & sic
subiectum inhabile restitutio igitur principis non
cadit in non capacem ut est mortuus.4.Clarum est
61 q in actu legitimationis † uis matrimonii & factũ
principis equiperantur nam si princeps per rescri-
ptum legitimat ut in aut.qui modi natu.effi.legit.
ita & matrimonium contractum cũ concubina le-
62 gitimat filios susceptos.c.tanta qui fili.sin.legi † Po
namus q quis ex concubina suscipit filium qui fi-
lius procreauit sibi alios filios deinde iste filius mo
ritur pater eius deinde contraxit matrimoniũ cum
cõcubina queritur utrum ex ui talis matrimonii in
telligantur legitimati illi filii suscepti ex filio natu-
rali premortuo dicũt comuniter docto.q non ut p
Gui.de cune.alberi.de rosa. & Bal.in l. benegnius.
ff.de legi.quia cum filius medius sit mortuus ipse
cum non erat in rerum natura legitimari non po-
tuit unde ammoto ipso medio filii eius non potue-
63 runt legitimari auo † nam amotio medii directiui
in finem impedit effectũ extremi argumento.l.huic
scripture.ff.ad legẽ.acqui.& hoc late disputando te
net Alex.in.l.gallus.§.si eius.ff.de liber.& posth.Ias.
in.d.l.siquis pro emptore col.29.nu.121.Et Ludo.de
Sind.in suo tracta.legi.car.6.uersi.quinto queritur
&c.arguendo igitur a potentia matrimonii ad po
tentiam principis sicut matrimoniũ non potest legi
timare mortuum & descendentes ab eo ita & prin-
64 ceps non potest restituere mortuum.quinto † restitu
tio nil aliud est nisi recuperatio honoris & bona-
rum.l.fin.§.fin.C.de senten.pass. homo mortuus
non potest habere honores nec possidere sequitur
q in eo non cadit restitutio.l.i.§.i.ff. de dol.sexto
hoc probatur ex tex.in.l. qui libertinus.§. posthu-
mus.ff.de oper.liberto.ibi nec quisquam post mor-
tem liberari intelligi potest ubi non cadit liberatio
non cadit restitutio cum & ipsa restitutio liberatio
est ab infamia & pena septimo si nos uolumus dice
re q ualidetur testamẽtũ ex restitutione facta rebel
li nõ potest dici nam cum semel erat irritatum testa
mentũ pp Crimẽ & dãnationẽ ut in iuribus supra
65 allegatis † ex quo ad ualiditatem testamenti requirit
tur uoluntas.§.disponat in aut.de nupt.sed quia hęc
uoluntas de nouo haberi non põt ab homine mor-
tuo.d.§.deinceps merito fictio restitutionis non ha
bet extremum ad quod fieri possit & ex hac ratione
ita consuluit pet.de ancha.in consi.61.ubi expresse
dixit restitutionem non posse extendi ad mortuos
& pro hac opinione ancha.ego aduco tex.in.l. ob-
seruare.§.fi.ff. de offi procon.ibi si in eadem uolun
66 tate fuerit probatur ex illo tex. †.quod qui in tem-
pore inhabili facit actum si superueniente tempore
habili uult actum ualere opus est quod sit in ea-
dem uoluntate ita & in hoc casu si factum est testa
mentum tempore inhabili & pro consequens nul-
lum ut tempore restitutionis ualere possit opus est
quod eo tempore testator fuerit in eadem uolunta
te hanc uolũtatẽ habere nõ potest quia est mortuus
quare restitutio nihil operatur octauo p hac parte
67 facit † quod restitutio principis non equiperatur fi-
ctioni legis cornelie sed fictioni iuris postliminii ut
probat tex.in.d.l.siquis filio exheredato.§.quatenus
nam sicut ex fictione iuris postliminii fingitur re-
uersum ab hostibus semper fuisse in ciuitate & sem
uersitas tenetur dare salariū potestati princeps fa-
cit exēptum unū ciuē in hoc casu non tenetur prin
ceps sed onus agregatur aliis ita Bar.in.l.ab omni
bus.ff.de lega.i.& ibi Ange.& Imo.& ad materiā
uide docto.in.l.si unus §.ne si pactus.ff.de pac.45.
Ancha.in consi.260.Alex.in consi.136.col.4.lib.
2.Socci.in consi.72.libro.4.gui pape.q 393.
¶ Sed hic occurrit quæstio pulcra pōamus ꝙ rex
concessit in feudum uni nobili terram cum datiis
et gabellis deinde Rex concedit uni ciui illius terre
inmunitatem a datiis illius terræ utrum potest di
ceres q: non quia ex prima concessione fuit acquisi
tum ius feudatario & non potest ius nobis acqui-
situm a nobis sine facto nostro auelli.l.non potest
de regu.iuri.& donatio perfecta reuocari non po-
test.l.perfecta.C.de dona quæ sub mod.l.si dona-
tionem.C.de dona.in contrarium est ueritas quā-
do princeps ex supprema sui potestate concederet
& certa scientia quia princeps potest tollere priuile
gia suo subdito concessa.c.ueniens de prescrip.fa-
cit tex.in.l.i.C.de superind.lib.x.si potest in totum
potest pro parte & licet rex donet alicui omnia re
galia que habet in aliquo loco non ex hoc dicitur
abdicare a se ius suppreme potestatis & hoc tenet
Abb.in.c.accedentes de præscrip.& in.c.peruenit
de inmu.eccle.Et in fortioribus terminis hoc tenet
Ripa in.2.libro Responsorum in Responso.7.
52 † ¶ Quibus autem modis finitur inmunitas dic
ꝙ finitur primo si fuit adempta per potestatem ha-
bentem ut per Alex.in.d consi.101.& per eundem
in consi 216.in.2.lib.Quando autem priuilegiū
inmunitatis transiuit in contractum de potestate
ordinaria non potest sine causa adimi.ut in.d.cōs.
101.& quid si priuilegium fuerit confirmatum p
sententiam Alex.in.d.consi.30.secundo finitur in-
munites cessante causa per q̃ fuit concessa ut per
53 Ludo.Rom.in consi.459.† Et nota ꝙ si durant
Reliquie causæ per quam fuit concessa licet maior
pars cessauerit adhuc durat ipsā inmunitas ut ele-
ganter per Dy.in Regu.decet de regu. iur. in.6.&
debet intelligi de causa finali cessante nam tūc ces-
sat.d.adigere.§.quāuis &.d.c cessante secus de cau
sa impulsiua ut ibi per Dy.Et ibi uide an in dubio
dicatur causa finalis uel impulsiua & quis habeat
probare & uide ibi bonam aditionem & ꝙ rema-
nentibus reliquiis adhuc durat inmunitas potest
poni exemplum de patre qui consequutus ē inmu-
nitatem propter existētiam.xii.filiorum iuxta tex.
in.d.l.si quis decurio nam licet moriantur uno pa
tre xi. adhuc durat inmunitas de hoc uide per Ias.
in.l.sciendum.§.si fundum.ff.qui satisd.coga.† ter
54 tio amictitur priuilegium inmunitatis propter ne
gligentiam unde singulariter dixit Ange.in.l.i.§ si
quis

quis tutor.ff.qua.appel.fi.per illũ tex.ꝙ fi quis ha-
bet priuilegium inmunitatis & sciens passus est de
scribi in libro comunis extimi & non appellauerit
infra decem dies uocatus ad solutioné ulterius nõ
poterit allegare priuilegium inmunitatis hoc di-
ctum Ange.sequitur Ange.de aret.in.d.§.fi quis tu
tor.& Alex.in consi.136.in.2.lib.Cootra istud di-
ctum Ang.tenet Ias.in.l.fi i.fi.ff.de constit.prin.&
uidetur bene dicere in contrarium etiam faciunt
dicta per Alex in consi.33.in.5. lib. & quæ dicun-
55 tur per Ripá lib.1.responsorum.c.21.† ℭ Quid
n.fi fuisset concessa iomunitas uniuersitati & par-
ticulares de uoiuersitate diuersis uicibus soluissent
utrum ex hoc uniuersitas amittit priuilegium uid
Feli.in.c.cum accessissent col.15.de constitu.ubi
56 concludit ꝙ non nisi præcessisset tractatus † Et u-
trum inmunitas concessa uniuersati competat iu-
deis de tali loco dic ꝙ sic ut per Bar.in.l.spadõem
§.iam autem.ff.de excusa.tuto.Alex.in consi.75.
57 in.5.lib.Iaso.in Rub.ff.de iusti.& iur.in fi.† ℭ in
tex.ibi excepto seruitio galearũ &c. & propter hoc
quando sacratissimus noster Cesar Carolus quin-
tus Romanorũ Imperator iuit ad expugnationé
aulecte & tuneti in Anno Domini.1535. quæ
omnia feliciter expugnauit fugando Barba Rossá
regem algere & generalem Capitaneum classis ma
gni teucri cum infinito numero militum ex ciuita
te bari fuerunt capte non nulle persone uiles & in-
ertes & remisse ad classem cesaream pro remigádo
& sic factum fuit io toto regno. Sed quando clas-
sis non paratur a rege regni contra classem infide-
lium habemus speciale priuilegium ꝙ nõ tenemur
& memini ꝙ existente guberr.arore & præside in ꝓ
uincus bari & idrunti Magnifico & strenuo milite
Ferdinádo de Loffredo in Anno.1544. Eramus
molestati circa cõtributionem personarum in cer-
ta classe præperanda & quia dicta classis non erat
regia sed potius contra piratas misimus priuilegiũ
ad regiam prouincialem audientiã & obtinuimus
decretũ in nostri fauorem. Vinceotius Maxilla.


N ciuitate nostra sic est gé
neralis & generosa nobilitas
ut quicunq; velit possit ad
militiam se conferre & prero
gatiua militaris cinguli de-
corati Nec Queritur Quo patre uel matre
sit genitus Dum modo genere sit Barensis.

PRO intelligentia presentis consuetudinis est
sciendum ꝙ Imperator Zeno fecit unam legé
quæ est in titulo de cohortalibus.C.lib.12. quæ
incipit si cohortalis & uult huiusmodi cohortales
1 † cum sint uiles persone & alii quæ ibi numerãtur
& filii eorum quibus maiorum suorum exempla ꝓ
iudicant non possint aspirare ad militiam & hoc
ut omnis honor atq; militia a contagione huius-
2 modi segregatur † erant.n.cohortales secũdũ glo.
ibi quædam persone quæ officio curie erant co-
hortati & idem fuit cautum in.l.fi.eo.tit.& est bo-
nus tex.in.l.neq; ex ultimis.C.de digni. libro.12.

3 † ubi artifices & homines uiles non debent admi-
cti ad dignitates & admissi spoliari maxime serui
l.fi.C.qui mili no.pos.lib.12.rex Rogerius qui fu
it primus rex.regni ut dixi in proemio fecit duas
constitutionem quæ sunt inserte in uolumine con
stitutionum regni una incipit diuinæ iustitiæ & a
lia quæ immediate sequitur incipit constitutione
4 præsenti mandauit hoc idem † ꝙ nullus uillanus
& angarius possit disperare ad militiam nisi tantũ
si qui ex partes patris ducunt originem ex genere
5 militum & ex licentia regia & bene † nam honor
6 uilescit in turba.c.legimus 81.distin.† Et bona ar-
bor bonos fructus facit & non potest bona arbor
malos fructus facere iuxta uerbum domini ut ha-
betur Mathei.c 7. nam sepe solet filius similis esse
7 patri ut nota.io.l.quod si oolit.ff.de edil. edic. † &
legitur de agaticle rege lacedemoniorum ꝙ cuidã
interroganti admirari se se cum esset auidus discen
di oon adiungeret sibi Philosophanem sophistam
regali prorsus indole respondit eorum uolo esse di-
scipulus quorum sum & filius significans non mi-
nus interesse quos nactus sis parentes q̃ quos asci-
scas præceptores est.n.ut l.beti ferme referunt un-
8 de prognati sunt ingenium † Non obstantibus di
ctis iuribus barenses habent hanc prorogatiuam
ꝙ dummodo sit barensis non facta differétia quo
patre uel qua matre sit genitus etiam si non sit geni
tus ex genere militum potest aspirare ad militiam
& decorari prærogatiua militaris cinguli & secun
dũ istum tex.uidetur ꝙ licet sit artifex, & rusticus
possit barensis aspirare ad militiam istud non cre-
do uerum nam iste tex.nõ intelligitur sic large sed
debet intelligi tantummodo de oobilibus barensi-
9 bus † nam quádo ratio est posita io proemio legis
uel statuti lex uel statutum intelligitur secundum
10 illam rationem uulgata.l.fi.ff.de her.inst.† et sem-
per ratio trahit ad se dictum.l seruus legatus. §.si
quinq; ubi bonus tex.& ibi Bal.ff.de lega.1. sicut
dicimus in dicto generaliter prolato a teste nam in
telligitur secundum rationem prolatam ab ipso te
ste quia ratio trahit ad se dictum uoluit Bal. in.l.
conuenticulam.C.de epi.& cleri.facit tex.in.l.cum
si.§ transactionem & ibi Bar.ff.de transa.l. cũ pa-
11 ter.§.dulcissimis & ibi etiam Bar.ff.de lega.2.† Ra
tione.n.uel bonum adiunctorum intelligitur & re-
stringitur dispositio generalis.l.fi.§.cui dulcia ff.d
triti.uin.& ole.lega & ibi bona glo.cum igitur in
præsenti consuetudine sit cautum generaliter ꝙ in
differenter possint barenses ad militiam aspirare ea
ratione quia in ipsa ciuitate est generalis & genero
sa nobilitas per istam igitur rationé & per ista uer-
ba restringitur subsequés generalis dispositio nam
12 ut dicit Abba.in.c.proposuit de appe. † ꝙ licitum
est per rationem restringere dispositionem genera-
lem legis licet ratio non sit in lege expressa quanto
magis hoc dicendum est quando ratio est expressa
in dispositione ut est in casu isto uoluit Bal. in au-
tentica ingressi & ibi Iaso.de sac.san. eccle. & Iaso.
in.l.non dubium col.7.C.de legi.Et si secus intel-
ligeretur sequeretur absurdum ꝙ quælibet uilis ꝑ-
13 sona barensis posset ad militiam aspirare † semper
n.statuta sunt interpretanda ut minus q̃ possint le
dat ius commune.l seruí uostri C.de noxa.c. cum
dilectus de consu.dixi supra in proemio ẽt si opor-

teret uerba impropriari,ſecundum Anto.de but.in
d.c.cum dilectus tanto magis quia hic uerba non
impropriant ut illud uerbum quicunq intelligitur
14 de nobilibus † ut relatio referatur ad proxima ut
referri debet l.ſi idem cum eodem.§.i.& ibi glo. &
docto.ff de iuri.om.iudi.ſatis .n.offenderetur ius ci-
uile ſi uiles perſone admicterentur quæ ab eo ſunt
exploſe.d.l.nequis ex ultimis cum aliis ſupra allega
tis:Non obſtant illa uerba que ſequuntur ibi nec
quæritur quo patre uel matre &c. nam ut dixi eſt
cautum per conſtitutionem regis Rogerii q ii tan
tum poſſint aſpirare qui ſint de genere militum ex
parte patris unde ſimplices nobiles non poterant
decorari tali cingulo attēta igitur generoſitate no
bilitatis bari fuit indultum ut poſſint omnes no-
biles etiam ſi non ſint de genere militum aſpirare.
15 †℄ Et nota q milites dicūtur pluribus modis uno
modo prout dicuntur equites non dicti ab equita
tu ſed ab equitate quia eorum offitium eſt equita-
tem & ius tueri ut erant equites Romani·l.i. C. de
eque.digni.lib.12.& Bar.in repet.eiuſdem iaſo.in
l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.Et hoc modo
credo dicuntur cauallieri uulgariter loquendo &
hoc agnomen uidetur conuenire ſolum magnati-
bus & titulatis qui habent uaſallos inter quos poſ
ſint ius & equitatem tueri uocantur.n.iſti feudata
rii milites ut patet in.c.i.&.c.de conſti.feu.do.lo.
tha.Imper.unde iſti magnates cum iurant ſub fide
uulgariter dicunt ad ſe de cauallero quod iuramē
tum non conuenit priuato nobili ſed bene dicunt
ſimpliciter ad ſe de gentilhom. Poſſunt etiam du-
ces armorum uocari equites.l 1.& 2. C.de offi.ma
gi.mili ut ſunt colonelli & capitanei & caporales.
d.l.C.de eque.digni & hoc modo ſumpta militia
dicitur dignitas & etiam ſi capiatur in genere quia
accipiendo in genere continet etiam magiſtrum
militum & omnes Dicuntur etiam milites ſimpli-
ces milites & ii non dicuntur eſſe in dignitate ut
dicit glo.in.d.l.i.per Bar.& docto.in proœmio. C.
& per cano.in.c.quanto de magi.Iaſo.in.d.l.ſi quis
in conſcribendo Affli. in.d.conſtitu. q plurimum
& in conſtitutione proſequentes † Et iſti non præ-
16 feruntur doctoribus imo doctores præferuntur i-
17 ſtis † nam doctores dicuntur eſſe in dignitate.d. c.
quanto de magi.& docto.in locis ſupra allegatis p
Cy.in.l.prouidendum C.de poſtula.& non ſolum
ſunt in dignitate ſed dicuntur nobiles & præferun
tur nobili de genere ſecundum Cy. & Sal. in d. l.
properandum Alex.in conſi.209.& in conſi.213.
in 6.lib.quod etiam procedit in doctore medicine
& in doctore artium ut dixit Bar.in l.omnes.C.d
decu.lib.x ubi Bar.pprie loquitur in doctore me-
dicine & uoluit Alex.in conſi 94.in.2.lib. & ratio
18 eſt in promptu † quia homo magis laudandus eſt de
eo quod propria probitate & laborem quæſiuit q
de eo quod relictum fuit a ſuis conceſſoribus ut di
cit glo.in.l ſi quid bello C.de capti.& poſt limi.re-
uer.Et Ouidius in perſona ulixis in.13.lib . Me-
thamo.Et genus & proauos & quæ non fecimus
ipſi:uix ea noſtra uoco.Et q doctor preferatur mi
liti firmat Alex.in.l.centurio col.2. ff. de uulga. et
pupi.quod putat ipſe quando doctor eſt excellens
et ualde diſciplinatus ſecus in doctorellis quia pa-
rum meruerunt fallit niſi miles eſſet ad latus prin-
cipis ſecundum Ange.in.l.i.ff.de teſta.mili.et etiā
ſi doctor excellens eſſet ad latus principis præfere-
19 retur militi ibi exiſtenti ut ibi per Alex.†Et licet o-
lim ut quis gauderet priuilegiis militū opus erat
habere illa ſex requiſita de quibus per glo.in.l.pen.
ff.ex.qui.ca.maio.tamen hodie nō obſeruatur ſed
loco illorum inſigniuntur aliis inſigniis ut dicit
Cy.in.l.i.C.de iur.et fac.ingno.nam prince-
ps quando facit militem ponit galeā in capite cin-
git enſem et ponit torquem in collo. et alius miles
calciat calcaria de aurata in pedibus licet dicat
Bal.in.d.l.penul.q de calcaribus non reperitur
in iure et iſta noua inſignia ſucceſſerunt loco uete-
rum inſignorum ut dicit Bal.in.l.i in fi.C.q bon.
cede.poſ.& habetur per Affli.in conſtitu.regni pre
dicta col.8.tamen audiui q quando Imperator fa
cit milites tangit caput militis cum uno ſtocho di
cēs facio te militem & ſic ſolitos facere alios reges.
20 †℄ Quæro an milites noſtri temporis gaudeant
priuilegiis qbus olim gaudebant ueri milites Alex
in.d.l.centurio col.4.per ſex argumenta & multas
autoritates doctorum quas allegat cōcludit q nō
tamen dicit q hoc fallit niſi ſubeſſet ratio & cauſa
per quam a iure fuiſſet conceſſum aliquid priuile-
gium militibus allegat tex.in.l.i.ff.de bon. poſ. ex
teſta.mili.& in.l fi.ff.de teſta.mili.nam licet ordo
& ſolemnitas in aſumptione militie etiam defierit
tamen effectus remanet.l.decreto.C.ex quib.ca.in-
fa.irrog.l.actio ff.de nego.geſt.l.ordo.ff.de pub.iu
di.& dum Alex.dixit ut in apulia uoluit intellige-
re de toto regno Neapolitano quia plerumq do-
ctores extra regnum uocant regnum neapolitanū
Regnum apuleæ & Regem apuleæ ut eſt uidere p
Bal in Rub.C.unde legi.& bene dixit Alex.nam in
hoc regno ſunt plures duces & comites qui habent
comitiuas ordinarias militum deſcriptorum qui
ſemper ſtant parati pro ſeruitio regio & credo q
21 ſunt in numero quatuorcentum.†℄ Sed occurrit
mihi quæſtio. Ecce q Sereniſſimus Rex Poloniæ
habet in ſeruitio Sereniſſime Bone Sfortie Regine
Poloniæ ſue matris aliquos nobiles italos fecit ali
quem de prædictis nobilibus militem utrum iſte
talis in regno Neapolitano ſit miles & gaudeat pri
uilegiis militum uidetur q non nam licet Rex in
regno ſuo habeat omnia regalia & ſuppremam po
teſtatem ut dixit Bal in.l i.ff.de orig iur. Inno. in.
22 c cū p.tabellio de fid.inſtru † Et hoc procederet ēt
ſi cognoſceret regnum in feudum ut dixit idē Bal.
in Rub.ff.ueter.& dicitur habere rempublicā Ro-
23 manorum ſecūdum Bal.in.l 3.C.de trebel.†& Rex
in ſuo Regno equiparatur Imperatori ut per Io.
And.in addi.ad ſpecu.in tit.de inſtru.edit.§.porro
non tamen eſt Imperator ut dicit Bal.in.c.i.§. præ
24 terea ſi inter circa fi.de proh.feu.alie.per Feder.† nā
ſi Deus unum angulum mundi eximeret a ſua po
teſtate in illo angulo non eſſet alius Deus quia u-
nus eſt Deus & unum eſt imperium.l.is.§.proinde
ff.de orig.iur.& ibi dicit Bal.q Rex in ſuo regno
eſt Deus corporalis & Imperator eſt Deus corpo-
ralis in toto mundo & dicitur lex animata ut per
Bal.in autentica hoc amplius.C. de fideico. Alex.
in conſi.1.col.7.lib.5.uoluit glo.Andr.in præ-
ludi.conſtitu.regni. et multa circa hoc allegat Af-
25 flic.in ſuis præludiis in.q.1.† Imo Rex qui nō eſt
per elect.

per elec. in regno habet maiorem potestatem quia transmictit regnum ad heredem.c. licet de uot. & per Andre.de iser.in.c.i.de uasa.de crep. etat.& per
26 Bal.in consi.276.in tertio libro & ibi dicit † quod Christus uoluit dici Rex & non Imperator adde Boeri.in decisi.178.& Andre.de yser.in.c.i.§.ualua
27 sores col.2.qui feu.da.pos.† deci.in.l.i.ff.de offi.eiu. & in Rubri.ff.de iuri.om.iudi.col.2.Multa de Rege uide per doctum Cagnolum in.l.ii.ff. de origi. iuri.nume.220.ubi late de magistratibus tamen ista suprema potestas cohartantur regno & intra fines sui regni unde uidetur quod facta per eum extra
28 suum regnum non forciantur effectum & uirest uidemus enim quod notarius creatus ab uno Rege uel ab una republica non potest conficere Instrumẽtum in regno alterius regis ut firmat Andre.de yser. in.c.i.in uerbo ad iustitiam expediendam & ibi late per Affli.quæ sin.rega.& per Paul. de Castr. in consi.227.in secundo libro nisi fuerint creati ab Imperatore uel Papa ut per specu.in titulo de Instru. edit.§.restat uersi.sed quid potest & in uersi. quid de his & habetur in.d.c.cum.P.Tabellio quod ultimum non habet locum in regno Neapolitano
29 † quia etiam notarii creati ab Imperatore uel Papa non possunt conficere instrumenta in rebus profanis ut habetur in constitu in locis demonii & ibi Affli.& Andre de yser.in constitu. instrumẽtorum Robur.in.x.&.xi.colum.& per eundem Affli. in decisi.247.sic etiam est statutum in regno Franciæ ut scribit Boeri. In decisi.241. ubi late in materia
30 † sic etiam unus Rex non potest legitimare aliquẽ de non suo regno quia legitimatio competit suppremo principi.§.fin.in aut.qui.mo na effi.su.unde reges recognoscentes superiorem non habent hanc potestatem secundum Ioan.Fab.in.§. fin.Institut.de nupt Iaso.in.l.Gallus.§.nunc de lege uel lea in.fin.
31 ff.de liber & posthu. † quilibet Rex qui habet suppremam potestatem in suo regno hoc facere potest non tamen extra suum regnum quia extra territoriũ ius dicenti non paretur impune.l.fin.ff.de iur. om.iudi.c.ut animarũ de constitu. libro sexto & de hoc habetur per docto.in.c.cum per uenerabilẽ
32 qui fili.si.legi. † & Imperator tanquam Imperator non potest legitimare in regno Neapolitano in successionibus quia ut dicit And.de yser.in preludiis feudorum regnum hoc est exemptum ab Imperatore uide Affli in decisi.128.Imperator & habens potestatem ab eo ut puta comes palatinus non potest legitimare in terris ecclesiæ ut per Bal. post Iaco. butri.in l.i.C.de iur.aur.anu.& idem Bal.in.l.eam quam.C.de fideico.pet. de ancha.in.consi.3r. & hanc dicit esse comunem opinionem Alex.in consi.67.in primo libro nec Papa in terris imperii quo ad successionem secundum Bar.in.l.cunctos populos in.7.q.C.de sum.Trini.& fidei.catho.& in autentica ex complexu.C.de incest.nup firmat Alex. in.d.consi.67.Iaso.in consi.70.in tertio libro dixit † comitem palatinum ab Imperatore creatum non
33 posse legitimare in terris uenetorum refert Boeri.in d.decisi.242.adde quod hoc procedit ne dum ratione territorii sed etiam ratione persone ut consuluit deci. in consi. 150. dubitatur principaliter &c. ubi
34 consuluit † Imperatorem etiam in terris suis non
35 posse legitimare clericum † illud autem quod dictum est Imperatorem uel ab eo potestatem habentem non posse legitimare in terris ecclesiæ & alterius regis de facto non recognoscentis superiorem notabiliter limita non procedere quando ad instantiam partis fieret legitimatio quia tunc non consideratur preiuditium alterius & sic non requiritur causæ cognitio nam pater posset proicere bona sua in mari ut dicit Bal.in proemio.C.colum.penul. Paul.de Castr.in suis consiliis quę refert Philip.deci.in consi.55.columna quarta uersiculo tertio nõ obstat & in consi.307.uide etiam per socci.in consi.
36 47. † ista limitatio quod Imperator uel ab eo potestatem habens possit legitimare in terris ecclesiæ uel alterius regis quando fit ad instantiam patris &c. debet intelligi quando legitimatio est facta circa personam subditam si persona non esset subdita quæ legitimatur non ualeret etiam si fieret ad patris uel alterius de cuius hereditate agitur instantiam ita consuluit Petr.Philip. Cornel.in.consi.9. col.3.lib.4. hoc etiam tenet Philip.deci. in.d.consi.150.colum.penul.& cum annis preteritis uidissem unam amplissimam legitimationem factam in personam unius ciuis Barensis in ciuitate Venetiarum a quodam potestatem habente ab Imperatore licet asserebatur quod in dicta legitimatione interuenerat consensus patrui adhuc per predicta ego dicebam quod cum ille comes palatinus creatus ab Imperatore nõ posset legitimare in regno ut supra dixi nec habeat personas regni subiectas quia regnum est exemptum ab Imperio ut per Andr.in
37 loco supra allegato & dixi in proemio † Imo qui est Imperator nõ potest esse Rex regni Neapolitani secundum inuestituram quæ datur a sede apostolica ut per Affli.in proemio cõstitutionũ.§. nos itaq; in primo nota.unde ille comes habens potestatẽ ab Imperatore ut Imperatore non poterat legitimare Barensem non subditum Imperio & maxime in terris Venetorũ ut consuluit Ias.in.d.consi.70.& Boeri.in.d.decisi.242.stante etiam quod minime apparebat legitimationem fuisse factam ad instantiam patrui & sic estimabam dictam legitimationẽ nullius momenti redeũdo ad questionem dico quod multa allegari possunt quæ non possunt fieri per Reges extra territorium.In cõtrarium uidetur facere dictum Bar.in.l.i.C.de agri & cen lib.11.ubi dicit quod rex habens potestatem creandi milites potest eos creare extra suum regnum cum sit uoluntariæ iurisditionis in hoc articulo mihi uidetur sic posse dici q; aut querimus aut iste creatus miles a rege Poloniæ sit uerus miles & dico quod sic quia cum Rex in suo regno existens fecerit ipsum militem quod poterat cum in suo regno habebat suppremam potestatem dicitur illa dignitas & qualitas affixa in corpore illius sicut caracther baptismatis.l.sticchus. ff.de pecu.no.in.l.3.ff.pro socci. nam tam.ex parte concedentis quam ex parte eius cui fuit dignitas concessa extrema sunt habilia. Si uero quærimus an iste miles extra regnum Poloniæ possit

exercere actus militares & dicerem quod non fine promissu domini regni hoc persuadetur optimo exemplo uidemus enim quod notarii creati extra regnum Neapolitanum sunt uere notarii ubiq; locorum etiam in ipso regno † nam instrā confecta ab ipsis notariis in loco & territorio ubi sunt legiti
38 me creati si producuntur in ipso regno & ubique locorum probant & fidem faciunt nam semper uidemus quod quando in regno producuntur instrumenta confecta a notariis Venetis in dominio uenetorum a notariis apostolicis in terris ecclesiæ ab Imperialibus notariis confectis in terris Imperii probant in hoc regno constito tamen illos esse notarios ut per affli. in decisi. 271. late per Hypo. de Marsi. in. l. si quis ne questio. ff. de questio. tamen in ipso regno instrumenta conficere non possunt hoc aperte probant do. de rota in decisi. 291. quæ incipit instrumenta confecta in nouis feli. & docto. in d. c. cum P. Tabellio col penu uersi. xii. queritur, qui multa ad hoc allegat uide quæ late dixi infra in titulo de fid. instru. in. §. cōtingit si non esse uere notarius utique instrumenta confecta ab eo fidem nō facerent sic in hac q Miles creatus a rege Poloniæ est miles uere cum sit creatus a potestatem habente & ubique locorum tamen sine promissu domini alterius loci in eo loco actus militares exercere non potest dixi sine permissu quia cum permissu posset † sicut dicimus de notario creato extra regnum qui in regno cum permissu regis posset con
39 ficere instrumenta in regno ut est tex. in longobarda in l. fin de scabi. & cance. ibi nisi per licentiam ipsius comitis & ita firmat Andre. de iset. in. d. uersi. ad iustitiam expediendam & in. c. uni. §. scriba de prohi. feu. ali. per fede. sicut est dare de presbitero unius diocesis qui est presbiter in uniuerso orbe & gaudet priuilegiis concernentibus eius personam ut puta priuilegium. c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & habet caracterem affixum in suis ossibus tamen ipse presbiter extra diocesim sui episcopi non potest facere actum pertinentem ad suum ordinem sine permissu ordinarii illius loci concludo igitur quod talis miles ubique locorum est uere miles & gauderet potest omnibus priuilegiis respicientibus eius personam circa dignitatem ratione caracteris impressi non tamen potest exercere actus militares extra locum illius regis qui eum creauit & hoc est magni effectus nam ponamus quod extaret statutum quod qui offenderit militem puniatur in centum certe offendens talem incideret in pœnam qa uere est miles & si secus diceretur & presbiter ordinatus in aliena diocesi alibi existens posset uerberari sine pœna. d. c. si quis suadente quod non est dicendum & si aliquis diceret quod ista procederent absque dubio quando Rex Poloniæ faceret polonum militem Rex Galliæ gallum & sic de singulis nam & isti ubique locorum essent ueri milites secus autem quando dignitas confertur non subdito nam dico quod hoc non est in consideratione quia tam extremum a quo confertur illa dignitas scilicet Rex quam extremum ad quem confertur sunt habilia quia Rex in suo regno potest & italus tanquam homo est habilis ad recipiendum † nam
40 homo unius regni potest prorogare iurisditionem contentiosam in alio regno ut habetur in. l. si per errorem & in. l. si conuenit. ff. de iuri. om. iudi. & ibi per docto. tanto fortius uolūtariam iurisditionem non obstat quod dictum est de legitimatione nam cum in legitimatione requiratur causę cognitio ut in. d. c. cum per uenerabilem ibi diuersis causis inspectis &c. & ibi Abba. & doctor. Iaso. in. l gallus. §. & quid si tantum col. 13. uersi. præterea & tertio &c. ut suum effectum ubi locorū portigatur opus est quod fiat a suo iudice qui potest cognoscere nam qui non est suus iudex non habet causæ cognitionē quando actus fit iuridice extendit effectum suum ubique † uidemus in contentiosa iurisditione nam
41 si aliquis esset damnatus ex delicto pro quo bona uenirent publicanda si a competenti iudice talis cōdemnatio extendit uires suas etiam extra territorium ius dicentis nam si haberet damnatus bona puta extra regnum damnatis essent confiscata illi fisco ubi sunt sita ut per Bal. & Imol. in. l. ex facto. ff. de here. Institu. per. Bar. in. l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fid. catho Ange. de aret. in tracta. malefi. in uerbo & bona publicanus uersi. quero bona. & ibi Augusti. arimi Alexand. in consi. 31. lib. I. per Affli. in decisi. 262 in fi. † uidemus etiam quod
42 decretum iudicis per quod interdicta est administratio a'icui tanquam prodigo extenditur ad bona ubique sita. l. is cui bonis. ff de uerbo signi. iuncta l. Iulianus. ff. de cura. furi similiter decretum iudicis super alienatione rerum inmobilium extenditur extra territorium. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo ratio preteritorum est quia actus fuerunt legitime facti a suo iudice & cum causę cognitione & cum sint legitime facti extendunt effectus suos ubique locorum sic quando legitimatio est facta a suo iudice & domino cum causæ cognitione quia ubique intelligitur legitimatus & quia hæc causæ cognitio fieri non potest ab eo qui non est suus iudex merito legitimare non potest alius Rex & dominus qui non habet personam subiectam secus est in conferendam militiam qui cum sit actus uoluntariæ iurisditionis & nulla requiritur causæ cognitio potest a quocunq; rege qui talem potestatem habeat fieri & si potest fieri extra suum regnum ut dixit Bar. in. d. l. i. C. de agri. & censi. lib. xi. potest etiam fieri in persona non subditam sicut dixi q; quādo in legitimatione non requiritur causæ cognitio potest fieri a papa uel imperatore extra terris Imperii & ecclesiæ quod non procederet in regno ut supra dixi considera † ℂ Quid in doctore doctora-
43 to ab aliquo collegio non aprobato nisi a suo rege ut puta in Gallia & in Hispania utrum in regno haberent potestatem legendi glosandi & aduocandi & similia faciendi uidetur dicendum eo modo quod licet sit uere doctor quia iam recepit illam dignitatem tamen non posset exercere actus doctorales in Regno in quo non habet potestatem ille Rex a quo recepit potestatē illud collegiū in quo fuit doctoratus sicut supra dictum fuit de notario & propter hoc dicebat Nicolaus de Nea-

po. in. l.

44 po.in.l.sed reprobari.ff.de execu.tuto. † quod Archiepiscopus Capuanus Reexaminabat omnes doctores doctoratos in alio collegio Neapclim ue- nientes tamen hoc procedit in doctoribus mediocris scientiæ secus si notū eēt esse hominē eminētis scientiæ ut dicit Bal.in.d.§ sed reprobari per illum tex. ibi ualde tamen disciplinatos Alexand.in.l.cū quid.ff si cer.peta.asfli.in constitu. regnis quisquis in.3.lib.Quid enim si collegium esset aprobatum a Papa uel imperatore qui habere uidentur potestatem in toto orbe tamen cum regnum sit exemptū ab imperio ut sæpe dixi & maximæ in proemio ui detur quod doctorati in collegio aprobato ab Imperatore non posfint exercere actus doctorales in regno tamen hodie non obseruatur illud quod faciebat Archiepiscopus Capuanus sed passim admittuntur omnes tam doctorati in collegio Neapolitano quam ubique locorum & maxime Romæ

45 † ubi doctorantur cum forcina eo modo scilicet quia scripta priuilegia aliqua deauratis tonsis aliqua argenteis aliqua Rubri aliqua nigri atramenti descriptis in quadam aula pendent ab alta doctorādus eligit quod uult forcina deponitur soluta pecunia consignatur & doctoratus euadit de hoc enim nihil præter auditum habeo hoc bene scio quod ex urbe uidi breue apostolicum in quo mandabatur tribus doctoribus prouinciæ nostræ Bari inter quos fuit Magnificus q. Anghilibertus de opulo ut doctorarent Magnificum & Reuerendum.q.Antonium de Saracenis de Iuuenatio qui doctoratus fuit in somnio & pro certo dictus Reuerendus Antonius Archidiaconus erat homo eminentis scientiæ ut est no

46 torium † ℭ In terris generalis & generosa nobilitas pro certo in dicta ciuitate semper fuit & dei gratia est magna nobilitas antiquissimarum familiarum quæ contraxerunt plerunque affinitatem & pleruque contrahunt cum nobilibus familiis sedilium capuanæ nidi & aliorum porticum & sedilium inclitæ ciuitatis Neapolis & ego memini cōtractus cum familia buzutorum piscitellorum carazalorum zurlorum siripandorum pignatellorum & carrafarū,& aliorum ut est notorium sunt etiam & in ipsa ciuitate quam multæ honestissimæ familiæ de populo literis moribus & diuitiis ornate quæ

47 nobiliter uiuunt † possumq; audacter dicere actenta excellentia ciuitatis Bari preponendas esse nobilibus aliarum terrarum & castrorum prouintiæ ꝑeo ut dicit glos.& ibi Barth.in.l i.C. de Aleatoribus.

48 prima lib.xi. † & in tantum abundat honestissimis ciuibus q in regimine uniuersitatis cum sint quindecim decuriones de populo nullus eligitur qui actem mechanicam exerceat sed omnes sunt uiri literati honestissimi & nobiliter uiuentes. Vincentius Maxilla.



I N T E R milites & ceteros ciues nostros nulla unquam differentia fuit sed seruata generis & uita distantia equales fuerunt & in omnibus indiscreti excipitur tamen q a seruiciis galearum excusantur.



1 V E R O qui dicantur milites dixi supra in.§.proximo utrū appellatione militis ueniat doctor ex quo ipse quoq; militat.l.aduocati.C.de aduo.diuer.iudi. cum sumus in statutis in quibus uerba proprie capiuntur.l.quicquid. ff. de uerbor. obligat. cum simi. non ueniret tamen doctor est in dignitate in qua non est simplex miles ut dixi supra.§.proximo & etiam do

2 ctor in medicina est in dignitate ut ibi dixi † caue tamen ne cedas quod doctor in artibus & medicina sit equalis in dignitate cum doctore legum ut solent aliqui uulgares quærere qui existimant quod medici curant corpora & iurisconsulti bona & non considerant ultra memini apud Cornelium agrippam in libro quem scribit de uanitate scientiarum in capitulo.83.de medicina in genere legisse quod cum pretor quidam super hoc interrogaretur antequam responsum daret quæsiuit dum latro ad supplicium ducitur quis precedat latro uel carnifex fuit responsum latronem precedere respondit precedat ergo iurista & subsequatur medicus Boeri.tamen in.q.23.in nume.60.refert etiam ipse hoc idem sed non pretorem ut agrippa ait sed quemdam Bastianum hiscidio fatuum coram duce mediolani hoc decidisse super hoc ne uidear iudex in causa ꝓpria licet sit questio indubitabilis de qua per doct. in.c.clerici de iudici.Remotis quibuscunque decoerum autoritatibus solum rationibus naturalibus & dictis imperatorum inherēdo breuibus dicam dicant quæso quod est subiectum medicorum circa operationem certe est medicina & subiectum medicinæ est corpus humanum & non uersantur circa uniuersalia sed solum circa particularia indiuidua ut puta in curando Titium gaium uel semproniunı ab hoc uel illo morbo, At subiectum iurisconsultorum est iustitia & ius ac equitas & iustitiæ ac iuris subiectum est uniuersa res publica humana ad reformandum mores hominum ad recte uiuendum & ad tribuendum unicuique ius suum ut dicit Imperator in.§.fin.in proemio institutionum & in titulo de iustit.& iur.§. iurisprecepta per ipsos doctores tota humana res publica gubernatur nam per leges & legum ministros malefici multa exilio fustibus infamia gladio & igne puniuntur totus mundus utique ruerit nisi essent leges quæ calumniatiuum iniquitates expellunt honesta enim iubent prohibent contraria liberant pauperes a potente pupillis & uiduis sunt adiutrices & humiliant calumniatorem ut dixit Propheta in psalmo.71. Quanto igitur iustitia quæ est omnium uirtutum princeps & quæ de cœlo prospexit ut dixit propheta psal.84.dignior est medicina & quāto mores & animæ hominū sunt digniores corporibus tāto iurisconsulti sunt digniores medicis. Duæ.n.sūt res ꝑ quas mūdus regit̃ & gubernat̃ le.

ges scilicet & arma ut dixit Iustinianus Imperator in constitut. de Iustinia. Codi. emen. ubi dicit hæc. Quia summa reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum armorum atque legum ueniens uim suam exinde muniens felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus tã preteritis efficit tporibus quam deo propitio efficiet in æternum istorum enim alterum alterius auxilio semper eguit & tam militaris res legibus in tuto posita est quam ipse leges armorum ptesidio seruate sunt. Et Imperat. non potest esse Imperat. nisi habeat hæc duo scilicet leges & arma ut per leges tempore pacis possit recte gubernare rempublicam & tempore belli per arma ut ipsemet Iustinianus Imperat. dixit in proemio institutionum in prin. nulla natio nullus populus potest uiuere sine legibus statutis moribus & consuetudinibus imo lattones in siluis habent iura & leges inter eos quia habent caporalem qui diuidit latrocinia & dat iura con latronibus similiter & paritate in mari alias sese inter se ipsos occiderent & licet ista sit uirtus iustitiæ & iuris tamen attribuitur ministris eius quia parum esset esse iura nisi essent qui iura redere possent. l. ii. §. post originem. ff. de origi. iuri. Præterea queso consideremus exercitium utriusq; officium medici seruile est quia uocatus mercede uadit ad domum infirmorum cuiusque sit qualitatis accedens per inspectionem urinæ uel per tactum pulsi morbum speculator, Multotiens stercora an flegmam uel coleram admixtam habeant intuetur tota eius intentio uel per uomitum uel per sudorem aut per secessum aut per uenas morbum expellere adhibendo pillulas potiones clisteria flobothomias & similia unde dicit Cornelius agrippa c. 83. de medicina operatrice quod ex hoc a magnatum conuiuiis medici expellebantur at iurisconsulti officium uersatur ut dixi circa regimen reipublicæ nam aut exercet magistratum & hoc casu populos dominatur gubernat regit iubet Imperat. mandat moderatur uetat prohibet distribuit iudicat & compescit & similia si uero est aduocatus dirimit ambigua facta causarum dirigit causas gubernat subleuat pupillos uiduas & miseros oppressos defendit innocentes calũnias depellit & pro ignorantibus ius suum postulare suffragatur unde Imperat. in. d. l. aduocati dicit quod aduocati militant & non minus prouident humano generi quam si clipeis & thoracibus patriam defenderent dicant mihi queso quid essent magnates duces & reges mundi & principes nisi haberent penes se ipsos iurisconsultos & legum ministros qui iura populis sub principils nomine dicunt utique essent marmoreæ statuæ & sicut homines picti in muro doctores legum antistites dicuntur. l. i. C. de decret. decuri. libro. decimo. dicuntur etiam sacerdotes. l. i. ff. de iustit. & iut. ibi nos sacerdotes appellat dicuntur etiam dii ut habetur per prophetam spalmo. 81. ibi ego dixi Dii estis loquitur enim de iudicibus mundi nec obstat quod medici curane corpora quæ si non essent nihil in mundo esset nego hoc eorum asumptum quia solus Deus sanat langores multi homines in mundo non infirmatur multi solo naturæ beneficio sanantur dicuntur adiutores naturæ plerunque interfectores chirurgici etiam & obstetrices sanant corpora ergo dici possent in dignitate ciuitates non possunt stare sine iurisperito. d. §. post originem. tamen possunt stare sine medico legitur apud Plinium libro. xxix. Romanos annis sexcentum medicis carere uoluisse quibus iterum receptis rem in deterius dari inuenire & dicit strabo libro sexto quibus plures supetessent medici eis per multas fuisse egritudines propterea Socrates ut Plato scribit uetuit ne medici in ciuitate multiplicarentur. Et si medici quandoque sanant corpora iurisconsulti tegunt protegunt & tuentur semper quot homines a manibus crudelium iudicum aduocatorum beneficio liberãtur & ego sine iactantia dictum uelim quod & notorium est memini ultra uiginti homines inquisitos & accusatos a morte liberasse sequendo leges & dicta doctorum non ctrdo peccasse & si in eo peccaui ille qui latroni in cruce pendenti qui publicano & Mariæ Magdalenæ peccata dimisit propter nomen suum huic & omnibus aliis peccatis meis dignetur ignoscere. Non enim medici dicuntur proprie doctores sed dicuntur magistri & in pluribus celeberrimis locis Italiæ & in urbe Roma non uulgari dicto mishere sed magistro ur magistre Petrus Magister Paulus &c. nuncupantur hoc epitheton mishere componitur ex duobus dictionibus scilicet ex mis & ex here & sonat mei patrone quod solum conuenit aduocatis nam & ipsi sunt patroni causarum ars enim illorum in magisterio consistit sunt enim artiste teste eorum hipocrate in aphorismo primo ibi ars uero longa. Imõ dico quod hodie nobiles uerecundantur studere in medicina & tamen in legibus student homines de generosa prosapie & de stirpe magnatum doctorantur & exercent officium doctoris ut notorium est multa quidem de uilitate medicorum dicit agrippa in d. c. 83. tamẽ medici & si non propter eorum artem propter necessitatem ut dicitur in ecclesiastico. c. 38. In princip. honorandi sunt eos Deus creauit altissimus. Nec uelim quod existimes pretorem illum fru Bastianum hiscido uetum dixisse dum latronem uocat iurisconsultum & carnificem medicum nam non omnes iuriste lattones sunt nec omnes medici carnifices qa non ex scientia sed ex malis moribus causatur iuristam latronem esse aut medicum carnificem & no ta quia dicam unam uetam rationem extractam abusu astrologiæ quę poterit tibi in palatiis magna cum inter loquendum de seruire certum est secundum astrologos quod † omnes scientiæ & artes attri
3 buuntur Mercurio qui habet hanc proprietatẽ nã si iungitur bonis planetis ut puta Ioui soli & Veneri ipse efficit bonus, si uero iũgitur malis ut puta Saturno uel Marti efficitur malus ita quod est bonus cum bonis malus cum mãlis iuxta illud prophetæ psal. 17. cum Sancto Sanctus eris & cum uiro Innocente Innocens eris & cum electo electus eris & cum puerso peruerteris imo nõ solũ cũ bonis planetis efficitur bonus & cũ malis malus sed etiã auget bonitatẽ uel malignitatem planetæ cui iũgitur. Sic ẽt scientiæ & artes si sunt iunctæ corpori benigno & placido ac bono sunt bonę & augẽt bonitatẽ illius corporis

corporis si iunguntur corpori maligno peruerso & male conscientiato sunt male & augent malignitatem illius maligni corporis unde uidemus perexperiétiam quod si leges sunt iunctæ alicui maligno & peruerso corpori sunt gladius in manu furentis hinc falsæ & uenales sententiæ hinc falsæ aduocationes hinc mala consilia principibus ad populorũ pernitiem data & cõtra istos malos aduocatos multa pulcra dixit zasius in.d.§. post originem & ibi etiam bellissime per Cagno. Medicina in homine malo causat ueneficia mulierum abortus & mille mala theologia in corpore malo causat hereses ambitiones & similia, Artes si sunt bonis corporibus iũctæ sunt bene exercitate si malis corporibus male & sophistæ exercentur, fateor etiam quod ingnorantia scientiarum est causa multorum damnorum etiam in corpore bono est quia Mercurius in tali casu non est bene coniunctus cum homine sed hæc missa sint ¶ Secundum istam consuetudinem nulla erat differentia inter milites nobiles & populares ciuitatis quo ad subeunda munera ipsius ciuitatis excepto quod milites excusabantur ab exercitio galearum nam ut supra in principio huius tituli patet licet ciuitas erat inmunis ab omnibus muneribus & oneribus non tamen erat inmunis a seruitio galearũ & ab hoc seruitio milites erãt exẽpti ut hic & infra in.§.a seruitio ¶ In tex. ibi equales dic respectu subeundorũ munerorum non autem circa alia quia seruari debet distantia generis & uite ut hic dicitur & in quantum dicitur ꝙ in omnibus uiuebant indeserti poterat hoc esse tẽpore quo fuit conditũ presens statutũ sed ego audiui a senioribus ꝙ non sunt multi anni ꝙ nobiles uiuebant penitus seperatia populo & faciebant duas uniuersitates seperatim hodie etiam sunt duæ partes in unũ tamẽ congregare nam ad regimẽ ciuitatis singulis annis in die Sancti Bartholomei Apostoli octauo Klẽdas Septembris eliguntur duo sindici unus de nobilibus & unus de populo triginta decuriones quindecim de nobilibus & quindecim de populo & isti omnes faciunt uniuersitatem primo in regimine loquuntur omnes quindecim nobiles secũdo loco loquuntur ipsi de populo prefectus uigilũ uno anno est de nobilibus in alio est de populo, sunt octo catapani quorum quatuor duo de nobilibus & duo de populo presunt in officio a Klendis Settembris usq; ad Sanctã Pasca a pascate usq; ad finem Augusti sunt alii quatuor duo de nobilibus & duo de populo in omnibus officiis populus habet equales uoces & personas cum nobilibus preter quã in iudicatu baiulationis in eo nobilitas habet duos iudices populus unũ & habere de tribus iudicibus duos de nobilibus non est parua prerogatiua nobiliũ qa isti iudices penes baiulos non sunt sicut assessores penes capitaneum sed habent equalem iurisditionẽ cũ baiulis ita ꝙ baiuli non possunt sententiare nec aliquid exequi sine interuentu ipsorũ & si secus fieret acta non ualerent ita afili. in cõsti. regni cũ noua in.3.nu. Fiunt duo libri aprecii seu extimi in uno describuntur bona omnia nobilium in alia bona populariũ semper enim prestatur dignior locus in stando soluendo & eundo nobilibus quod conuenit iu-

4 ri & ... uitati ¶ Sed hic occurrit mihi questio quæ
fuit in facto & quæ poterit plerunq; occurrere tam
in parte nobilium quam in parte popularium erant
electi in uno anno quindecim decuriones pro parte
nobilium ut moris est inter ques erat unus doctor
in utroq; iure nobilis genere quia aliter non fuisset
admissus in uniuersitate nobilium & erat iuuenis
pretendebat habere primum locum & uocem in cõ
cilio ex aduerso senes graues dicebant ipsos preferẽ
dos querebatur quid iuris doctus & elegans iuue-
nis fortiter allegabat se esse preferendum his ratio-
nibus primo enim in sui fauorem aducebat tex. in.
l..i.ff.de Alb.scriben. taliter inducendo dicitur ibi
quod decuriones sic oportet etiam scriptos in Alb.
ut precipitur lege municipali.i.consuetudine & ces-
sante lege debene inspici dignitates in ciuitate Bari
non est certa consuetudo in hoc silicet quando con-
currunt doctores merito debet actendi dignitas nul
5 li dubium est † quod doctor dicitur constitutus in
dignitate.c. quanto de magi.& ibi docto. Bar. in pri
ma constitutio. C. in.3.col. uersi quero circa hoc A-
lexand. in consi.94. libro primo & in consi.209.& cõ
si.213. in sexto libro & dicit Ioan. de ana. in.d.c. quã
to quod hæc est comunis opinio cum dignitas ista
doctoralis sit in me quæ non est in uobis senibus
sum preferendus † secundo quando in aliquo ho-
6 mine concurrunt duæ qualitates prefertur habenti
unam nam si unus est doctor in utroq; iure prefer-
tur illi qui est doctor in uno ut puta in legibus uel
in iure canonum ut dicunt Ioan. Andre. Abba.&
docto. in c. clerici de iudi. † hinc est quod si sunt duo
7 episcopi quorum unus est doctor prefertur episco-
po non doctori etiam si non doctor fuisset primo lo
co promotus ad episcopatum ita gemi. in.c. Isiado-
rus per glo. ibi.16. distincti. Bal.& Franc. de aret. in.
l. nemini per illum tex. C. de aduo. diue. iudi. feli. in
Rubri. de maio.& obbe. col.i. sed in me dicebat ille
doctor concurrunt duæ qualitates quia sum nobi-
lis sicut & uos senes itẽ concurrit dignitas doctora
lis quæ non est in uobis merito sum preferendus
tertio arguendo dicebat in concilio tractatur de re-
8 gimine uniuersitatis & partis reipublicæ † nam de
curiones proprie dicuntur procuratores reipubli-
cæ. l. procuratores. C. de decuri. libro decimo sed ip
sa respublica & partes eius sunt date doctoribus gu
bernandæ propter iuris peritiam ut dicit Imperat.
in.§.fi. in proemio instit. ibi naturam rempublicam
in partibus eius uobis credendis gubernari &c. qua
re preferri debet doctor idiotæ in ipso concilio ubi
tractatur de regimine partis reipublicæ nec facien-
da est uis de senectute & ætate nam scientia facit
9 precedere etatem † quia si sunt duo doctores unus
iuuenis excellens in scientia & alter senex non ita ex
cellens debet preferri iuuenis excellens ut uoluit gl.
in.§. ordinationem in uerbo tempus in aut. de mo
na. quæ glo. optime probat iuncto tex.& ibi Ange.
& plene per Alexand. in. l. cum quid. ff. si cert. peta.
& ibi Iaso.& doct. in.d.c. clerici si propter excessum
scientiæ doctor iuuenis prefertur doctori seni for-
tius dicendum est quod preferatur senibus idiotis
in quibus non consideratur excessus in plus
& minus & dicit glos. in. d. c. Isidiodorus

10 † quod non attenditur prioritas temporis ſed auto
ritas per quam glo. dicit domi. in.c. epũs col.i.17.
diſtin. quod ſi unus canonicus eſt maior altero no
bilitate uitę uel ſcientia quod preſertur illi qui pri
11 mo fuit receptus † Item in collegiis conciliis & ſi
milibus non conſideratur antiquitas ętatis ſed ille
preſertur qui primo in loco fuit aſſumptus unde
Sanctus Iacobus minor licet fuiſſet maior ętate
Sancto Iacobo maiori quia fuit receptus in apoſto
latu poſt. ideo fuit dictus minor ut dixit Iacob. de
uora. archiep. Ianu. in ſuo feſtiuo in legenda eiuſ
dem Sancti Iacobi refert affli. in deciſi.i. circa.fi. cõ
tra hunc nobilem doctorem inſurrexit aduocatus
ſenum & dicebat Imõ. ſenes preferendos allegabat
primo text. in. l. ſemper. ff. de iur. Inmu. ubi iuriſ
conſultus dicit quod in ciuitate Romana ſemper
12 † ſenectus uenerabilis fuit & idem honor tribue
batur ſenibus qui & magiſtratibus ſed & magiſtra
13 tus ſunt omnino preferendi quia & † patet obedie
filio exiſtenti in magiſtratu. l. ille a quo. §. fi. cum. l.
ſequent. ff. ad Trebe. quare &c. ſecundo allegabat in
argumentum tex. in. d. l. cum quid per quem tex.
14 communiter dicunt docto. ibi † ſenes preferendos iu
uenibus tertio aducebatur tex. in. l fin. C. de Tiro.
lib. duodecimo in quo expreſſe dicitur quod Tiro
nes debent ſedere in poſteriori loco & non in excel
ſiori in tali enim exercitio decurionum tu iuuenis
reſpectu iſtorum uenerabilium ſenum es tiro qua
re &c. 4. allegabat tex. in. d l. i. de Abba. ſcribe. pon
derando illum in uerbo antiquisſimus ubi data pa
ritate antiquisſimus preſertur. 5. aducebatur tex. in.
c. ſtatuimus lxi. diſtin. ubi dicitur quod eſt inconue
niens & abſurdum ꝙ noui. i. iuniores preferantur.
15 Sexto loco dicebatur † ꝙ ad officium Retoris ſpe
ctat conuocare concilium. l. ii. C. de decuri. lib. x. &
tamen in eius abſentia antiquior de concilio poteſt
hoc facere tanquam dignior in ipſo concilio ſecun
dum Bar. in. d. l. i. per illum tex. de Alb. Scrib. &
Imo. in. c. i. de maio. & obbe. Item aducebat tex. in.
l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega. ſecundo
16 per quem tex. dicit ibi Bar. † ꝙ quando ſunt plu
res domini unius caſtri uel loci claues debent eſſe
penes natu maiorem & hoc dicunt docto. in l. pro
curator. C. de eden. facit enim illud dictum in eccle
ſiaſtico loquere maior natu tex. enim decet primũ
uerbum ut dicit Bal. in. l. obſeruare. §. antequam.
ff. de penu. lega. & dicit Vergilius in buccolicis tu
17 maior tibi me equum parere menalca † aduceba
tur enim dictum ariſtotalis ſecundo politicorum
relatum ab Alber. de roſat. in ſuo ditionario in uer
bo ſenex natura quidem humano generi dedit hos
ſeniores alios iuniores quorum quidem primos
principari ſecundos ſubici decet item qui maior eta
te preſumitur preſtantior maturitate ſenſus. c. niſi
18 pridem §. alia uero cauſa de renu. † item ſenex pre
ſumitur rerum experientia doctior & propterea
ſapientior. c ſciendum. 26. q. 4. hęc ille aduocatus ſe
num dixerat pro formanda opinione ſenum qua ta
liter formata reſpondebat ad argumenta in contra
rium aducta & primo dicebat non obſtare tex. in.
d. l. i. de Alb. ſcrib. quia dum dicitur ibi quod ſunt
inſpiciende dignitates loquitur de dignitatibus cũ
adminiſtratione nam exemplificat ibi de officio
duumuiratus non autem loquitur de dignita
te ſine adminiſtratione imo ille tex. facit pro ſeni
bus ibi antiquisſimus quiſq; prior non obſtat ſecun
da ratio dum dicebatur quod in doctore concurrũt
duæ qualitates ſcilicet nobilitas generis & digni
tas doctoralis quia etiã in ſenibus concurrunt duæ
qualitates ſcilicet nobilitas & ſenectus quæ eſt ue
nerabilis d. l. ſemper & in ſimilibus ut puta in con
ciliis magis attenditur ſenectus in qua preſumitur
maturitas. intellectus & rerum experientia ut di
ctum eſt quam doctrina & dum dicitur quod do
ctor in utroq; iure precedit doctorem in uno gradu
tantum & quod epiſcopus doctor precedit epiſco
pum non doctorem predicta poſſent intelligi data
paritate etatis uel quando tractatur de prelatione
actus pertinentis ad illum gradum ut puta in ar
guendo in allegando ſed quando ſumus in actu in
differenti ut in concilio quod poteſt fieri ſine docto
19 ribus † quia etiam expertes literarum poſſunt etiã
decuriones. l. expertes. C. de decuri. lib. x. non atten
ditur talis dignitas & ꝙ hoc ſit uerum dicebat ille
20 uerſutus aduocatus ſenum ego habeo † ꝙ ſi epiſco
pus alicuius loci eſt canonicus in alia eccleſia & in
teruenit in capitulo tanquam canonicus non de
bet precedere in ſedendo & uotando canonicos an
teriores ita dicit glo. in. c. a collatione de appe. in. 6.
& ibi docto. & phi. deci. in conſi. 61. in prin. & uica
rius epiſcopi quando in capitulo interuenit ut ca
nonicus debet ſedere in ſuo loco tanquam canoni
cus & non in loco uicarii ut per feli. in d. Rub. de
maio. & obbe. Et tamen epiſcopus uel eius uicarius
casu non potest impedire creditores,sed debet per-
sequi iudicium personale contra uirum. Si uero

mulier uidens creditores recurrentes contra bona mariti,ipsa etiam uult super dictis bonis agere mediantibus suis instrumentis continentibus constitutum siue precarium cumulando cum hypotecaria iudicium est,personale & condictione dictarum legum,& potest hoc casu impedire,nam lite contesta ta & dato termino io causa poterit ad merita causæ uenficare inopiam mariti,& tunc iudex poterit uidere cuius iura sunt potiora,d §.si super rebus.l.is a quo.ff.de re.uend.sed hoc etiam procederet in casu quo creditores haberent instrumenta liquida,nā tunc etiam mulier posset impedire per remedium l.fi.C.de acqui pos.de quo per Docto. & maxime Ange.& Alex.in.l.exitus controuersiæ & in.l.inter dum.ff.de acqui.poss.uirtute constituti & precarii. Non obstat si diceretur q eum non sit probata inopia non potest impedire creditores habentes instru
17 menta liq ida † quia pacta exequutiua non possunt exequi non liquidato negotio contra tertium ut ele gantes Franc.de aret.in consi.32.nam dico q prædi cta procedunt quando mulier in instrumento non haberet precarium uel constitutum, & pactum de
18 de capiendo † nam tunc etiam non liquidato negotio porest contra quemcunq; hominem de mundo exequi ut concinne declarat idem Franc de areti. in consi.21 & Socci.in consi.8.col.2 .in.3.lib.& in cōsi.96.in quarto libro Anto de fano in tract.de pign.
19 in quarta parte prio.in.3.&.9.conclusione † Et tanto fortius poterit impedire quando in continenti & de breui negotium poterit liquidari nam paria sunt q negotium sit liquidum & q in breui possit liquidari ad hoc facit dictum Bal.in.l.cum testamento.
20 C.de testa.manu in fi ubi dicit † q instrumenta gua rantigiæ si habent conditionem re uera purificatam sed in iudicio,non dum probatam dicuntur instrumenta pura & non cōditionalia facit etiam dictum Ange.in.l.si § i.ff.de uulga.& pupi.ubi dicit post
21 glo.ibi † q paria sunt q,conditio sit pura uel condi tionalis & condito impleta sit etiam purificata ad quod uide phil.decī.in consi. 36.col.2. uersic. Tertio
22 probatur hoc &c.† Anto.Capiti.in decisi. 47. refert sacrum concilium pronuntiasse compromissum nō fore faciendum uirtute regiæ pragm odia litium in ter agentem ex testamento contra quemdam suum consanguineum licet non fuerit probata mors tamē instrumentum testamenti fuit habitum pro liquido ex quo mors poterat in continenti probari uide Ias. in.l.i.col.3.ff.de eden.cum igitur inopia mariti extat & possit in continenti probari dicendum est in tali casu mulierem posse creditores mariti impedire eo fortius hoc dicendum esset quando notoria esset inopia,quia non oporteret probare sed solum al legare.l.si adulterium cum incestu.§.idem pollioni ff.de adulte.dicta per Bar Pau.de cast.aret.& sequaces procederent quando mulier non agerer cōtra uirum cond tione dictarum legum si constante ubi adhuc & § illud & in hac mea opinione reperio de cisi.Grama.in nu.92.in secundo dubio ubi allegat Anto.de Alex in addi ad Bar.in.d l.si cōstante quē pro certo ante q̄ hæc scripsissem non uideram & nō loquitur ita clare pro ut ego supra explanaui & inquantū supra dictū est q stāte cōstituto uel pcario ī

instrō,& nō liqdato negotio pōt exequi cōtra quēli
23 bet hominē de mūdo † limita non procedere quādo ageretur contra possessorem qui ex iusta causa posset contradicere exequutioni ut puta q haberet aliquam exceptionem peremptoriam ut per Socci. in
24 consi.78 in.3.lib.† Item potest limitari quando præcarium esset extinctum ut puta q precario rogās esset mortuus iuxta tex.in.l.cum precario.§. precarii ff.de precari..c.fi.eo.tit.nam tūc non posset agi con tra tertium non excusso principali ita eleganter tenet Ludo.Roma.in consi.29.in fi.quod dictum sequitur firmia in suo reperto in.3.par.in uerbo precaria uersi.precarium facit uenditorem &c.& Iaso. in.§.Item si quis institu.de acti.Io.Fran.Balbus in re pe.l cælsus col.19.ff de usucapi.Et per hæc in ciuitate botonti in causa uertente inter quemdam Nico laum macteum de monte & nobilem Franc.de labinis obtinui in fauorem dicti Frācisci,sed ualde du bito de hoc dicto Ludou.quia cum a principio uirtute procani sit semel translata possessio in concedentem licet ipse rogans moriatur & ex parte sua sit
25 extinctū precariū † cum nemo post mortem suā potest precario possidere l.quæsitum §.si quis cōductor ff de acqu poss.& iuribus supra allegatis,tamen ex quo sit uirtute possessionis acqsitæ ipsi cōcedēti nō potuit sine facto suo ab eo euelli.l.id qd nostrū.ff. de reg.iu.crederem pro certo q dictū Lud.& sequa tium pcederet qn qs cōstitueret se pcario noīe alterius possidere sub cōditiōe uerificāda post mortē cōstituētis ut ī exēplo aliqs donauit fūdū titio sub cōditione si donās sine liberis decesserit & cōstituit p cario possidere noīe donatarii:Si moriatur sine liberis,tale precarium non ualet,quia est collatum ad tempus in habile ut per Ange.& docto.in.l. quam uis ff.de acqui.pos.& non pōt donatarius uirtute di cti precarii pretēdere possessionem fuisse penes se a die constitutionis ita eleganter dec.in cōsi.cclxvii.& Ripa Responsorum libro.3.Responso xx.quod est
26 ultimum cogita.† ¶ Sed utrum mortuo marito idem esset ut mulier posset uel non posset impedire creditores agentes hypotecaria super bonis,q mariti priusquam ipsa faciat declarare dotes, esse in causa restitutionis per mortem mariti, uidetur q possit repellere & hoc per doctrinam Bart in.l.fi-
27 liofam.la. i. ff. solut. matrim. colu. i. † ubi dicit quod uxor post mortem mariti potest retinere bona mariti pro dotibus suis hoc etiam uoluit Bal. in. l. penult. C. de pignori. actio. Iaso. in. l. si non sortem. §. centum. ff. de condit indebit. si potest, retinere bona mariti propria authoritate pro dotibus & mutare sibi causā possessionis eū primo ea possidebat iure familiaritatis. l qui iure familiari tatis ff. de acquiren. poss. fortius est dicendum quod possit impedire creditores agentes super ipsis bonis loquor de creditoribus habentibus posteriorem hypotecariam , uel anteriorem tacita, nam si haberent anteriorem expressam nec in termi nis huius. q. nec præcedentis posset impedire, Sed aduerte quia Theorica Bart procedit quando ipsa uxor aprehendisset bona antequam hæredes mariti aprehendissent possessionem dictorum bonorū,itaq; ipsa mulier uacuam possessionem intrasset

secus

secus autem si postmodum tunc non potest ppria au thoritate capere bona mariti sed debet conuenire he. redes mariti iuxta tex in.l.dotis actione.C.solu.ma tri.& ibi Bar.Bal.Ang.& Scriben.& hoc dicit Bal. in.l.penu.in prin.ibi uel quia sine uicio uacua pos sessio &c.C.de no.num.pecu.Et Clarius idem Bal. in.l.i.C.de ser.pign.manu uoluit Socci.consi.131. in presenti consultatione lib.i.& phil.deci.in consi. 332.dura ad modum & hæc intelligo nisi mulier ha beret instrumenta cum præcario & potestate capien di ut per Fran.de areti.in.d.consi.21.& Socci.in.d. consi.32.& scias q quando mulier uult retinere bo na mariti iuxta dictum Bar.i.d.l.filiosam.opus est q apparet de declaratione mulieris q uoluerit mu tare causam possessionis ut dicit Socci.in.d.consi. 131.& deci.in.d.consi.232.& idem phil.deci.in cons. 400.uiso eleganti consilio &c.col.2.unde dico q si heredes mariti non aprehendissent bona mulier pos set expellere creditores si autem aprehendissent, & creditores fecissent citare heredes in tali casu per ui am retentionis non posset expellere nisi haberet in strumenta liquida cum precario & potestate capie

28 di ut supra dictum est. ¶ Quæro dicitur hic q cō tra emptores & habentes causam,a,marito uxor nō potest agere sed expectandus est obitus maritalis,ui detur q nec etiam post mortem mariti ut dicitur in fra in.§.si matrimonii ibi post solutum matrimo nium mulier non poterit &c.intellige illum tex. in casu in quo mulier poterit consequi quartam super bonis mariti ¶ Sed quæro maritus est lapsus peni tus facultatibus utrum mulier possit agere contra emptores uel alios habentes causam,a,marito dice res q non per hunc tex.in contrarium est ueritas,qa in hoc tex.non præsupponitur q maritus sit peni tus lapsus facultatibus,quia dicitur marito urgen te per participium presentis temporis quasi dicat si maritus uergit ad inopiam & est in itinere incipien do male uti sua substantia tunc mulier potest se asse curare de sua quarta contra bona mariti & non age re contra habentes causam,a,marito quia presuppo nitur maritum habere bona quæ sufficerēt ad quar tam,Sed si esset penitus lapsus facultatibus potest mulier habere recursum contra emptores & haben

29 tes causam,a,marito sicut iuris.d.l.ubi adhuc istæ casus non est comprehēsus in statuto ergo remanet in dispositione iuris communis.l.si extraneus. ff. de condi.ob.ca.l cum dotem.ff.solu.matri. l.commo dis sime.ff.de libe.& posthu.Et dicit tex.in.c. obertus in fi.de feu.cogni.hæc uerba strenuus igitur iu re peritus ubi casus emergerit qui non sit in consue tudine comprehensus absq calumnia, uti poterit lege scripta & est melior tex.qui ad hoc possit alle gari. Vincentius Maxilla.



PONSALITIA donatio quandocunq pote rit uolente tamen muliere se cundum naturā actionis vel obligationis exquiri, si tamē cum marito cohabitauerit, Sed si destituat virum vel destituatur, a, viro interim ces sat donationis exactio. 1

1 SPONSALITIA donatio proprie intelli gitur illud quod sponsus donat sponsę ante cō tractum matrimonium per uerba de presenti.l.cum te &.l si,a,sponsa.C.de dona.ante nup.Sed hic acci pitur pro meffio sed quomodo exquiri potest duran te matrimonio cum maritus debet sua uita durante illud retinere & fructus lucrare authentica dos da ta.C.de dona.ante nup Ego intelligo hūc tex.q ue niat continuatiue,a,tex § precedentis dicitur supra q uergente marito ad inopiam uxor potest petere quartam & non dicitur ibi de meffio,unde hic dici tur q sponsalitia donatio.i.meffium potest quando cunq exquiri retento eodem themate silicet mari to uergente ad inopiam hoc tamen ē uerum si coha bitauerit uxor cum uiro si uero destituat uirum uel destituatur,a,uiro non potest exquiri & dū in tex. dicitur destituatur,a,uiro debet intelligi cum iusta causa alias sine causa & culpa uiri non debet sibi de

2 negari exactio ¶ Qui immo si uxor recedit a,uiro ex causa ipsius uiri ut puta propter eius sæuitiam.c.ex transmissa &.c.literas de restitu.spoli. uel q retine ret cōcubinam potest ne dum petere dotes & lucra dotalia.c.plerumq de don.inte.uir.& uxo.l. cōsen su.C.de repu.Sed etiam potest petere alimenta,a,ui to habitando scorsum ab eo quando non uellet pe tere dotes & lucra secundū Iaco.de aret.Cy.& Bal. in.l quod in uxorem.C.de nego.gest.& est optima glo & ibi doct.in.c.significasti de diuor.Affli in de cis.x.uxor dñi cianci uide quæ dixi supra in princ.

3 huius tituli. ¶ Q id si mulier fantastica honesta ta men diuertisset sine culpa uiri ab eo deinde mutato consilio uellet reuerti & maritus nollet eam recipe re utrum teneatur ad expensas glo.in.d.c.significa sti tenet q sic. Vincentius Maxilla.

SI matrimonii tempore de bo nis suis, immobilibus maritus vxore non consentiente vendi derit, aut in alium aliquo alie nationis iure transtulerit post solutum ma trimoniū mulier non poterit uendita prę dia iure morgincapitis defalcare sed de ma ritalibus rebus si inueniuntur, vnde possit ei indempnitas reseruari.

ISTE tex.concordat cum tex supra in.§.mari to & quarenus uidetur contra in uersi.ibi post so lutum matrimonium solue ut ibi dixi in tex ibi si i ueniuntur &c.si uero non inueniuntur mulier pote rit agere contra emptores & habentes cām,a,marito solū istę cōsuetudines conseruāt tertios possessores, qñ maritus habet bona tq cōuenit iustuię & æqui tati q prius discutiatur debitor quam perueniatur

ad pignorum possessores authentica hoc si debitor. C. de pigno. dixi supra in. d. §. marito. Et nota. q̄ licet de iure longobardo & presentium consuetudinum transeat dominium quare in uxorem per traditionem morgincapitis ut dixi supra in prin. huius. titu. tamen statuentes uoluerunt si maritus est soluendo & alienauerit aliquid q̄ mulier nō possit agere contra tertios.



VLIER quartam de singulis rebus per minutias poterit vendicare nisi sint res aliquæ quæ non possint diuisioni commode subiacere tunc. n. in vna re integra sibi quarta soluetur.

ISTE tex. concordat cum tex. infra de iudi. di ui. in fi. In tex. ibi commode subiacere &c. ut puta in naui cisterna, columna & in uno magno palatio, quod si diuideretur & formaretur & etiam ciuitas sentiret in commodum ut dixi supra in. §. fi. in titu. de iur prothomi. facit tex. in. l. arbor. §. de uestibulo. ff. comu. diui. facit tex. in. l. lege falcidia & . l. sed si non seruus. ff. ad lege. falcid & uide Capiti. in decisi. 63. uide etiam nigrum. in. c. Regni muliet dotarium num. 39.

DE IVRE DOTIVM.
RVBRICA.



ISVM est supra de quarta, & messio que constituuntur per uirū uxori nunc dicit de iure dotium,
1 que dantur ab uxore uiro † & licet hoc nomen dotis uarias habeat significationes ut per Bal. nou. in suo tract. de dot. in prin. tamen hic accipitur proprie sicut in. ff. & C. eo. ti. Et not. q̄ iste titulus magis conuenit titulo soluto matrimonio q̄ titulo de iur. doti. quia omnia posita in pre:enti titul excepto. §. mulier constante matrimonio loquuntur in materia recuperationis dotium post solutum matrimonium
2 † dos aliquando profectitia aliquando aduentitia ꝓfectitia est illa de qua loquitur tex. in. l. profectitia. ff. de iue. doti. Aduentitia uero quando constituitur ad aliqua persona extranea uel aliunde uenit ut habetur in. d. l. ꝓfectitia & cōmixtim in toto titu. quādo ē de ꝓprio patrimonio mulieris nō dr̄ aduētitia.



OTIS causam præcipuam non esse & cum creditoribus ius commune partiri patrū nostrorū probabilis, scola decreuit siue ergo mulier cum creditoribus siue mulier cū muliere ad mariti bona cōcurrat pro rata debiti rōnabiliter admictitur nec ex tempore nec ex persona aliquod preiuditium cōparatur.

ISTA consuetudo licet uideatur prima fronte dura tamen non sine probabili ratione procedit & nō omnino fauet mulieribus, nec omnino de
1 ferit † Est. n. cautum de iure ciuili in. l. fi. C. qui poti. in pign. hab. q̄ mulier ne dum in personalibus actionibus ut fuerat olim. l. ū. ff. de priui. credi. uenit preferenda omnibus creditoribus uerum etiam, & in hypoteca licet. n. creditores habeant anteriorem hypotecam in bonis mariti tamē mulier licet sit posterior prefertur secus autem quando concurrit cū heredibus primæ uxoris & hoc in dote tantum ut in. d. l. assiduis quæ est fi. Vtrum autem dicta. lege. fi. procedat solum in tacita hypoteca ut mulier præferatur creditoribus anterioribus habentibus tacitā uel q̄ etiam preferatur in habentibus expressam. d. l. fi. non aperit sed comunis opi. doctorū est ut preferatur solum habentibus tacitam ut firmant communiter docto. post glo. in. d. l. fi. & in. §. fuerat inst. de actio. glo. Abba & cano. in. c. ex literis de pigno. Socci. in. l. i. ff solu matr. Bal. noue. in tracta. dot. in x part. Iaso. in d. §. fuerat & in. d. l i. in secunda lect.
2 solu. matr † secundum hanc consuetudinem mulier non habet hoc priuilegium ut preferatur anterioribus creditoribus habentibus tacitam in totum sed solum admictitur pro rata uidebatur durum q̄ mulier quæ erat posterior preferatur anterioribus contra iuris regulam prior tempore potior in iure. l. qui prior. ff. de pigno. unde hanc duritiam seniores, & prisci patres Barenses mitigauerunt & uoluerunt, solum præferri pro rata, unde si bona mariti ualerent mille & haberet creditorem in quingētis uxor de mille que essent in bonis haberet duas partes, & creditor unam & nota quia ex hac consuetudine & ex tex. in. § fi. infra sol. matr. Expresse habetur q̄ mulier in dote non habet tacitam hypotecam & sic nō habet locum dispositio. l. uni. C. de re. uxo. actio. nā si haberet locum mulier si habetet tacitam præferretur creditoribus posterioribus habentibus etiā tacitam nec etiam habet locum. d. l. fin nam. si haberet locum mulier nō pro rata sed in totum prefer retur & filii primæ uxoris preferrentur secūdę uxori & q̄a dos nō habet tacitā hypotecā nec aliqđ priuilegiū ideo siue mulier concurrat cum aliis creditoribus non habentibus expressam siue alia muliere. i. cum filiis, & heredibus primæ uxoris concurrit pro rata debiti & in hoc solum est priuilegiata dos, & propterea consulo ut semper mulieres prouideāt sibi de expressa hypoteca & cum instrumentis con-
3 trabāc. † ℂ Sed postq̄ incidimus in materiam prælationis occurrit pulchra. q. quæ non reperitur in locis uulgaribus pater legauit bertæ filiæ suæ mille ꝓ dote ex hoc legato berta habet tacitam hypotecam super bonis patris quæ regulatur ac si eet actio personalis quæ pro rata datur contra heredes ut. l. i. §. fi. C. com de lga. Demum moritur pater & habebat multos creditores habentes tacitam quæritur modo utrum ista berta filia pro isto legato dotis habens tacitam hypotecam preferatur illis anterioribus creditoribus habētibus ēt tacitā uī dicēdū q̄ sic p. d. l. assiduis, nā sicut mulier ī terminis illius. l. ī recupatiōe dotis prefertur oībus creditoribus ita etiam ista puella ꝓ dotis legato deberet preferri & magis

magis deberet faueri matrimonio contrahendo q̃
dissoluto sed in contrarium est ueritas quia cum.d.
l.fi.sit contra dispositionem iuris.d.l.potior non de
bet trahi in consequentiam & debet intelligi in ter-
minis in quibus loquitur, & magis est fauendum
mulieri dissoluto matrimonio quæ tractat de dan-
no uitando q̃ puellæ quæ tractat de lucro captan-
do.l.fi.C.de acqui.posse.ita decidit Socci. in consi.
269.col.3.in.2.lib.ubi ad hoc allegat consi. Fulgo.
4 † ℭ Dixi supra ꝙ comunis opi.Docto.est ꝙ dispo-
sitio.d.l fi.non habet locum contra creditores ha-
bentibus anteriorem expressam hoc notabiliter li-
mita non habere locum in bonis quesitis a,debito-
re post contractam hypotecam,nam in illis prefere-
retur mulier ex sua tacita hypoteca que extenditur
etiam ad bona futura ut est tex.singu.in.l.hae edi-
ctali.§.omnibus & ibi Bal.ita limitat.d l.fi.Bal.no
ue.in.d.suo tracta.doti.in.10.q.princ.col.2.moue
tur optima simili nam fiscus habens tacitã non præ
fertur habentibus expressam tamen in postea quæsi
tis præfertur tex.est singu.in.l.si is qui & ibi Bar.ff.
de iur.fi.ita dicendum est de muliere que pari pas-
su ambulat cum fisco.l quamuis & ibi nota. C. de
iur.fis.l.dotis,C.de iur.doti.& hanc limitationem
sublimitat idem Bal.noue.non procedere in termi-
nis.l.licet.C.qui poti.in pigno.habe.& in re postea
empta & specialiter obligata per nota.in d l.quam
uis & hæc quæ dixi adde ad.d.l fi.qui forsan scribẽ
tes ibi hoc non dicunt. Vincentius Maxilla.



VLIER licet domina sit dotis uti poterit ab vti, non debet sicut natura obligationis, & pactio dotantis ex postulat in rebus ergo quę vsu consumuntur post mariti mortem tã filiis si hñ q̃ parentibus si filios nõ habeat ad modum fructuariæ debet in idoneam facere cautiõem quæ pro rerum uice seruabitur.

1 DICITVR hic † ꝙ mulier est domina
dotis contra.l.doce ancillam.C.de re.uen.dic
ꝙ hic loquitur dissoluto matrimonio quo casu do-
minium rerum dotalium illico transit in uxorem si-
ne aliqua tradditione contra regulam.l.tradditio-
nibus.C.de pact.§.per tradditionem insti.de re.di-
ui.per tex.in.l.in rebus.C.de iur.doti.secus autem
erat de iure digestorum ut declarat Bar.in.l.mora
& in.l.filiofam.la.2.& Bal.Ange.& docto.ff.solut.
matr.de intellectu.d.l.in rebus est uidere Bal.nou.
in tract.de dot.in.3.q.prin.in priui.6.ubi ponit quin
decim limitationes cum multis declarationibus.
2 † ℭ Sed quæro an constante matrimonio uxor pos
sit dici domina rei dotalis tex.in.d.l.in rebus uide-
tur dicere ꝙ sic dum dicit ꝙ in ueritate est domina
sed legum subtilitate in maritum translatum in hoc
articulo ne uidear idem replicare uide quæ dixi su-
pra in titulo de sac.san.eccle.in §.ecclesias nostras in
illa.q.quis debeat instituí pro Rectore in beneficio
iuris patronatus presentatus,a,uiro uel ab uxore &
est pulcher articulus in quo multi uariant & ibi la-
te dixi an mulier sit domina dotis constante matri-
3 monio † Sed quid de possessiõe utrum dicatur pos-
sessio rerum dotalium penes uxorem uide tex.glo.
& Doctor.in.l.sciendum.§.si fundus.ff.qui satis-
da.coga.In tex ibi uti poterit ab uti non debet &c.
per hæc uerba datur intelligi ꝙ in ciuitate Bari u-
xor soluto matrimonio est usufructuaria dotis,nã
si esset domina,ne dum uti posset sed etiam ab uti
4 † cum quilibet rei suæ est administrator, & arbiter
l.in re mandata.C.manda.etiam abutendo,ut est
5 tex.in.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.her.iniq
quum est ingenuis hominibus rerum suarum ad
ministrationem auferre.l.non usq; adeo.ff.si qui.a
6 par.fue.manu.† & iustum est unicuiq; sua commi-
ttere.l.nemo exterus.C.de iud.hoc etiam probatur
ex eo quod hic dicitur ꝙ mulier tenetur prestare fi-
deiussionem filiis uel parentibus ad modũ fructua
riæ si.n.esset domina non teneretur ad hanc fideius
sionem & quatenus in tex.dicitur ꝙ sit domina ne-
cessariæ contrarietur litera in se ipsa & ne uideatur
se in continenti corrigere contra tex.in.l.non ad ea.
ff.de cond.& demo.debemus dicere ꝙ illud uerbũ
domina intelligitur respectu iuris naturalis prime-
ui uel iure ciuili.d.l.in rebus ut dicatur domina.i.
7 usufructuaria † sicut dicimus ꝙ si testator relictis
filiis heredibus reliquit uxorem dominam & patro-
nam illa uerba fauore filiorum impropriantur, &
important ꝙ solum mulier habeat alimenta secun-
dum generalem consuetudinem bulgori ut nota in
authentica quod locum.C.si mul.secundo nup.&
ibi Docto.Bar.in.l.titia.§.titia ff.de lega.2.etiam
si fuisset dictum,a,testatore relinquo dominam &
patrõam omnium bonorum mobilium stabilium
& nominum debitorum & ꝙ non teneatur reddere
rationem ut eleganter consuluit Fran.de aret.in cõ-
si.40.dicit tamen ibi aret.ꝙ propter illa uerba mu-
lier habebit pinguia alimenta & propria authorita
8 te percipiet † Quid si mortuis filiis hereditas peruo-
nisset ad extraneus distingue ut per Alex.in cõsi.40.
in.1.lib.fallit etiam quando testator apponeret uer
ba pregnantia per quæ omnino uoluisset uxorem es
se usufructuariam ut late per Socci in consi.1.cum
duobus sequentibus in quarto lib.fallit etiam si in
testamento sunt relicta alimẽta & in codicillis usus
fructus,quia tunc uxor concurreret cum filiis in usu
fructu ut per Alex.in consi.56.in.3.lib.Quid si mari
tus instituisset filios ex alia uxore, & reliquisset u-
xorem dominam, & patronam Franc. Cremo.in
singu.8.uidetur dicere ꝙ sit usufructuaria Rede-
undo igitur ad propositum uidetur ꝙ uxor secun-
dum presentem consuetudinem sit solum usufru-
ctuaria quia admodum fructuariæ cauere debet &
illud uerbum domina accipitur improprie uel di-
camus ut supra dixi ꝙ est domina habito Respectu
ad ius ciuile.d.l.in rebus & hæc uerior non autem
ad hanc consuetudinẽ quia secundum hanc cõsuetu
9 dinẽ ẽ fructuaria tn̄ in tex.ibi sicut nã obligõis &c.sup
ple dotis nam natura obligõis dotis est ut uadat ad
filios mortua muliere secundum opinionẽ Martini
que usu preualet ut no.in.l.dos a patre.C.sol.mat.

& in.l.si post dotem.ff eod.uel si filios non habeat
ad patrem ut in. d. l.dos ad patrem uel ad dotā-
tē etiā extraneū ex pacto & propterea in cōsuetudine
sunt apposita alia uerba & pactio dotantis ex postu
10 lat &c.† quia dos reuertitur ad extraneum dotantē
non ex natura obligationis dotis, qa extraneus sim-
pliciter dando dotem & non stipulādo expresse si-
bi reddi. l.i.§.accedit.C.de re.uxo.acti. Sed reuerti
tur ex pacto & illud pactum solet fieri, ꝙ moriente
muliere sine filiis reuertatur ad dotātem unde cum
ex natura obligationis dotis tum etiam ex pacto ap
pōsito in fauorem existentium liberorum uel dotan
tis dos debet reuerti ad filios uel ad dotantes meri-
to dicitur in hoc tex.ꝙ mulier debet uti & non ab
uti in preiuditium filiorum si extant uel dotantis si
11 non extant filii.† ¶ Sed quæro utrum in terminis
huius literæ mulier possit transire ad secunda uo-
ta & dare dotem dotis nomine secundo uiro ita ꝙ i
ea succedere possent filii etiam secundi matrimonii
uidetur dicendum ꝙ non nam cum teneatur præsta
re de rebus quæ usu consumuntur filiis fideiussio-
nem ad modū fructuariæ uidetur fructuaria quia
fructuarius pro rebus quæ usu consumuntur præ-
stat similem fideiussionem ut toto tit.ff.de usu.ea.
re.quæ usu.consu. §. constituitur institu. de usufr.
12 † & ista fideiussio habetur loco proprietatis ut nota.
glo.fi.in. d. §. constituitur & proptere dicuntur in
tex,illa uerba quæ pro rerum uice seruabitur de a-
liis rebus que usu non consumuntur non oportet &
maxime de stabilibus quia illa ocultari & consumi
non possunt si est fructuaria & filii propretarii ergo
in preiuditium illorum non potest dare & maxime
ut in ea participent filii secundi matrimonii quia di
minueretur de proprietate filiis primi matrimonii,
Nec obstat si diceretur ꝙ filii secūdi matrimonii nō
debent priuari successione materna, cum nō minus
sint filii ipsi q̃ filii primi matrimonii aut saltim non
possint priuari legitima, nam respondetur dato ꝙ
per hāc consuetudinem filii secundi matrimonii pri
uarentur dote materna & portione quę eis continge
ret in dotibus maternis non ex hoc intelliguntur pri
uari successione materna & legitima in eadem suc-
cessione quia potuerunt succedere in aliis bonis mā
13 ternis que haberet extra dotem † & ualet statutum
ut de certis bonis puta de dote non extrahatur legi-
tima ut tenet Bal.in.l.filium quem habentem col.
penu.C.fam.hercis.uersi.sed adhuc quero & ibi ad
hoc allegat tex.in.c.rainuntius in uersi. itaꝙ dedu-
tio de testa.& ibi habetur per scriben. Et hoc etiam
procedit si mulier non haberet aliud nisi dotes nam
sufficit ꝙ statutum loquatur generali & non præci
se & certitudinaliter auferat legitimam & ita firmat
Phil deci.in consi. 19.colu.penu.uersi.secūda quia
14 casu &c.† nam ualet statutum ꝙ maritus secundus
lucretur dotes in preiuditium filiorum primi ma-
trimonii ut uoluit Pau.decast.in.l.i.C.de inoffi.te-
15 sta.† quia per statutum potest in totum tolli legiti
ma ut ibi dicit idem Pau & ante eum Cy.in.l.san-
cimus.C.de nupt Et cumulatiue firmat philippus
deci.in.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.& Boer.in ad
di.ad Dy.in Regula indultum de Regu.iur.in sex-
to licet contrarium dixerit in decisi.185.Et ꝙ ualeat
tale statutum ꝙ maritus lucretur totam dotem in
preiuditium filiorum primi matrimōii firmat phil.
deci.in.d.consi.19.col.i.& penu. Ergo pari ratione
est dicendum per hanc consuetudinē potuisse indu-
ci ꝙ mater non possit in preiuditium filiorum pri-
mi matrimonii dare dotes secūdo uiro maxime ut
in eis habeant succedere filii secundi matrimonii &
pro hac parte facit tex.in.§.marito rebus humanis
infra in hoc titulo summendo argumentum,a,con-
trario sēsu nam ibi dicitur ꝙ si primus maritus mo
ritur sine filiis mulier quæ superuixit poterit cum
sua dote transire ad secūdas nuptias ergo si cū filiis
non poterat transire cum dote. Sed pro certo in con
trarium est ueritas quia per hanc consuetudinē mu
lier non prohibetur transire ad secundas nuptias &
dare secundo uiro dotes suas dotis nomine nam ex
dispositione iuris comunis mulier potest secūdo nu
16 bere & dare suas dotes secundo uiro † nam interest
reipublicæ ut mulier secundo nubat & repleat ciui
17 tatem liberis.l.ii.ff.de iur.doti.l.i.ff.solu.matr.tim
mo apostolus ad timot.capite quinto precipit ut ui
duæ iuuenes nubant dum his uerbis dicit uolo au-
tem iuniores nubere filios procreare matresfamili-
as esse nullam occasionem dare aduersario maledi-
cti gratia & loquitur ibi aposto.de uiduis ut patet
ex uerbis antedictis cum ergo ista mulier nubat se-
quens preceptum apostoli & illud quod iura ciuilia
pro interesse reipublicæ permictunt si dat dotem se
cundo uiro non dicitur abuti sed dicitur uti & san-
ctissime uti quia usus permictitur per hanc consue-
tudinem dum dicit uti poterit &c. si aliter dicere-
mus hæc consuetudo non ualeret quia esset impedi
tiuum matrimonii saltim per indirectum nam non
de facili aut forte nunq̃ uiduæ inuenirent uirum ga
ut ait iuuenalis in.6.satira ueniunt a,dote sagictæ†
18 & hac ratione actenta dicit Phil.deci.in.d.consi.19.
ꝙ ualet statutum Florentiæ ꝙ mulier habens filios
transiens ad secunda uota secundus uir lucretur do
tem ex quo uiduæ non inueniebant uirum Socci.ta
tamen in consi.35.in.4.libro aliter consuluit sed in
terminis Socci.statutum non erat clarum est & alia
ratio quia si maritus secundus esset certus ꝙ filii ex
eo generandi ex dicto matrimonio non possent par
ticipare de dote materna non de facili susciperet ui
19 duam cum filiis in uxorem † Et statutum quod dire
cte uel indirecte impedit matrimonium non ualet.l
cum ita &. l.hoc modo.ff.de cond.& demo. Et in
simili dixit Ludou. Roman. in consi.259. in fin.
de quo est uidere per Alexa. in Rubr. ff. solu.ma
trim. colu. fin. ubi ponit multas remissiones & si-
cut non ualet statutum quod impedit matrimo-
nium ita etiam nec pactum ut ibi per Alex. Item
omnes filii æqualiter succedunt matri cuiuscunq;
20 sint matrimonii † immo mater potest instituere filios
secundi matrimonii.l.si quis prioris.C.de don.an.
nup.relicta tamen legitima filiis primi matrimonii
uoluit Bald.in.d.l.si quis prioris tunc enim acqui-
reretur filiis primi matrimonii quando dotās hoc
expressisset, ut puta quod in constitutione dotis
dedisset dotem pro muliere, & filiis nascituris ex
dicto matrimonio; sed quando dedisset dotem
pro filiis & heredibus eius mulieris omnes filii cō-
plecterentur

plecteretur considero etiam q quando pater uel aliquis dotans dat pro muliere filia sorore uel aliqua dotem pacta conficiuntur inter dotantem & uirum mulieris dato q dotans apponeret tale pa-
21 ctum non noceret mulieri † quia pactum factu cu una persona non nocet alteri .l.si unus.§.ante oia.
22 ff.de pact. †nisi dicamos q dotans potest apponere legem doti in continenti.l.quotiens.ff.solo.matri. & ee't acqoisitum ius filiis primi matrimonii & retenta hac opi.non obstant adducta in contrariu & primo dum dicebatur ex quo tenetur idonee cauere est usufructuaria nam dico q cauet de non abutendo non autem debet cauere de non utendo quia in tali casu consuetudo contineret in se repugnantia quia in prin. dicitur uti poterit ne ergo consuetudo contineat repugnantia est omnio dicendum q illa cautio idonea datur de non abotendo & conseruando in uita semper. n. statuta sunt taliter interpretanda ne contineant inter se repugnantia maxime quando sumus in uno eodemq statuto iuxta tex.in.d.l.non ad ea uoluit Bar.in.l. nam & posteriores.ff.de leg.& in.l. omnes populi in.iii.q.ff.de iusti.& iur.in extrauaganti ad reprimendum in uerbo non obstantibus est text. in.l. .i.C.de inoffi.doti.Socci.in consi.121.colum.2. in primo lib.non obstat etiam dum dicebatur q non ualeret statutum q filii secundi matrimonii non succederent in dotibus maternis quia hoc haberet locum quando ista consuetudo hoc expresse diceret quia eodem modo &c. statutum posset in totum tollere legitimam filiis posset etiam facere ne isti filii ex secundo matrimonio non succederet in dote materna ut supra dictum est sed quoniam ista consuetudo hoc expresse non dictat merito no debet ad hoc trahi & non debet sic intelligi quia intellectus esset contra omnia iura & statutum no debet intelligi ut si contra ius sed inquantum potest debet concordari cum iure communi ut supra dixi non est bona consequentia mulier tenetur prestare fideiussionem filiis de non abutendo bonis dotalibus ergo non potest cum dictis dotibus tra
23 sire ad secunda uota † quia ex affirmatiua in aliqbus non sequitur negatio aliorum que alias de iure concederentur ut probat tex.in Clem.ii. ionta
24 glo.no.in uerbo ipsorum de here. †Et uerba prolata que supponunt aliud nihil disponunt super eo quod supponunt.l.ex facto la.i.ff.de here.insti.ale. in consi.17.col.fi.in.ii.lib.licet. n. dicta fideiussio
25 uidetur presupponere dotem esse filiorum tamen super hoc consuetudo non disponit † et per subauditos intellectus non debemus recedere a regulis iuris communis ut nota.in.c.cupientes.§.20. de elect.lib.6.etiam eodem modo responderetur ad tex in.d.§.marito rebus humanis &c.concludo in hoc articulo q mater transiens ad secunda uota potest dare dotem suam dotis nomine secundo uiro nam in tali casu mulier dicitur concedere usum dotis & q ea mortua succedant filii etiam secundi matrimonii quia in tali casu dicitur uti & non abuti & q dicta fideiussio solum prestatur ne abutatur &
26 hic semper fuit obseruatum in Ciuitate Bari † no sunt mutanda que certam interpretationem semp
27 habuerunt.l minime.ff.de legi. †¶ Sed quero utru mulier transiens ad secunda uota & dans dotem secundo uiro possit facere pactum cum marito delucrando aliquam partem dictae dotis dic q no quia dat solum usum dotis & non potest facere tale pactum quia in tali casu abuteretur dote quod haec consuetudo negat, Item solum permictitur eidem disponere de tertia parte dotium pro anima quando est indura religionis uelamen filiis renitentibus ut habetur infra in titu.quat.muli.ali.per.me.est.§. mulier ergo in aliis casibus prohibetur quia qui in uno permictit in aliis censetur prohibere. l. mari-
28 tus.C.de procura.l.quod labeo.ff.de compe.l.cum ita.§.fi.ff.de condi.& demo. †¶ Sed quero utrum in terminis huius tex.& quando dos datur secundum statuta & consuetudines Ciuitatis Bari utru mulier in ipsa dote habeat filios heredes uel filii habeant dotem ex statuto & mater non possit de ipsa testari, uidetur dicendum q mater possit de ea testari, nam dicitur in hoc tex. q mulier est domina dotis est potest uti si est domina habet effectum dominii quia poterit de sua re facere quicquid uult.l. in re mandata.C.manda.l.non usq.ff.siqui.a paren.fue.manu.cum simi.item hoc probatur in.§. penu.infra.in.d.titu.qual.mul.ali.promi.est. ubi habetur quod si mulier alienauerit et acceperit pro alienatione pecuniam uel lanigit.i.meritum q tali casu nec ipsa mulier nec filii eius possunt uenire co tra alienationem, Item probatur hoc in.§. mulier lo.i.infra eo.titu.qual.mul.ali.ubi habetur q mulier potest uendere uestimenta pannos & huiusmodi res per se & per suppositam personam si. n. haec potest facere per cotractus inter uiuos poterit hoc
29 & facere per testamentum talias esset lex fosia caninia per quam permictebatur alienatio inter uiuos morientibus autem adimabatur unde imperator insti.de leg.in.can.toll.tamq inhumana sublolit & hoc argumento utitur Socci.in consi.9.col.3.uer. si.decimo septimo in lib. i. non obstat consuetudo per quam dicitur q mulier habeat prestare fideiussionem, nam fideiussio prestatur de non abutendo conseruando si aliter intelligeretur cotineret repugnantiam dum in principio dicitur q est domina & uti poterit si intelligeretur q esset usufructuaria simplex corrigeret se ipsum quod non est dicen
30 dum.d.l.non ad ea † & semper sunt interpretanda statuta ut non contineant in se repugnantia ut supra dixi si dicit consuetudo admodum fructuaria caueat non ex hoc est usufructuaria.l.quod nerua ff.de posi. Item non est bona consequentia mulier debet satisdare ad modum fructuariae ergo no po
31 test testari de ipsa dote quia ut supra dixi † ex affirmatiua in aliquibus non sequitur negatio alioru que alias de iure concederentur.d.Clem.ii.& ibi gl. de here.cum ergo testari de iure sit permissum nisi expresse prohibeatur cum sit prohibitorium insti. qui no.est permi.face.testa. Ex illa prestatione fi-
32 deiussionis non sequitur prohibitio testamēti uerba.n.prolata que supponunt aliud nihil disponut super eo quod supponunt,d.l.ex facto & Clem. i.
33 de prebē. † & per hanc regulam domini de rota in decisi.345.incipi.no. q si in procuratorio &c. In antiquis dicunt q si dominus in procuratorio no dedit suo procuratori potestatem substituendi dato q postea in clausula releuationis dixisset haec uerba releuans ipsum procuratorem & substitue-

dum ab eo ab onere satisdandi licet per hæc uerba
34 uideretur data potestas † quia cui conceditur
consequens uidetur concessum antecedens necessa
rium ad illud.l.ad rem mobilem &.l.ad legatum.
ff.de procu.no.in.l.ii.ff.de iuri.om.iudi. tamē nō
intelligitur data dicta potestas substituendi per
regulam.d.l.ex facto & hanc decisi.aprobat gemi.
in.c.i.§.licet de procura.in.6.& alex. in consi.17.
in.2.lib.Dicere ex quo mulier tenetur satisdare de
dote ergo de ea non potest testari esset per subaudi
tum intellectum recedere a dispositione iuris per
quam quilibet potest testari nisi expresse prohibea
tur quod fieri non debet secundum glo. in.c. cupi
entes in.§.quod si per.uigesimo.de elect.in.sexto.so
lum hæc consuetudo operatur ut mulier quæ tāq̄
domina poterat ab uti dote.d.§. consuluit nō pos
sit ab uti & de hoc prestatur fideiussio & per hæc
alias fui.in hac opinione scilicet q mater possit te=
stari de dote tamen rectius intuendo sum in cōtra
ria opinione scilicet q mulier superstitibus filiis uel
parentibus dotantibus non possit de ipsa dote te=
35 stari † & premicto q ualidum est tale statutum q
mulier superstitibus filiis non possit de dote testa=
ri ut in spetie consuluit Pet.de Ancha.in.consi.25.
uidetur prima facie &c.ubi cōcludit q ualet statu
tum q mulier habens filios non possit de dotibus
disponere nec inter uiuos nec in ultima uoluntate
etiam pro anima nisi decem pro centenario & hoc
etiam firmat Gaspa.Calde.in consi.20. incipi. an
si statutum Ciuitatis in titu.de constitu.plene ab.
per optimas rationes in consi.63.incipi. stāte que
dam constitutione sequitur Feli.in. c. ecclesia san=
ctæ Mariæ col.41.& 42.& ibidem per Phil.Deci.
col.penu.de consti.& idem Phil.Deci.in cōsi.361.
col.1.Nec oportet in terminis præsentis consuetu
dinis disputare an procedat in uidua prout late di
sputat Iaso.in.l.i.ff.un.ui.& uxo.& in. l. si quis ita
promiserit.§.ea lege.ff.de uer.obl.& fuit. q. mota
per Pau.de Cast.in Rit.solu.matri.habetur per Ri
pam in.d.Rub.col.fi.quia hæc consuetudo loqui=
tur proprie in uidua tali.n. statutum non impedit
testamenti factionem quia si mulier non poterit te
stari de dote poterit tamen testari de aliis rebus su
36 is † quia prohibitio est incerta re quo casu ualet ut
dixit Bal.in.l.fi.colu.3.uersi.sed pone in quibusdā
est statutum &c.C.de pact.plene alex. & Iaso.in.l.
stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obli.col
ligitur .n.expresse ex presenti consuetudine quali=
ter mulier non potest disponere de dote sua nec in
uita nec in morte quia dicitur q licet sit domina in
specto iure ciuili.d. l. in rebus tamen usus tantum
eidem permictitur unde ad modum fructuariæ ca
uere debet & sicut fructuarius non potest dispone
re de re in qua habet usumfructum sed eo mortuo
usufructus consolidatur cum proprietate.§.fi.inst.
de usus.ita mortua muliere dos uadit ad filios ect.
.n.superflua hæc satisdatio si mater posset de ipsā
dote testari.Item dicuntur in presenti tex. illa uer=
37 ba q̄ pro rerū uice seruabitur † quia satisdatio hæc
habetur loco proprietatis & hoc no.glo.fi.in.d.§.
constituitur unde filii censētur esse proprietarii qa
loco proprietatis in uita matris habent satisdatio
nem ea mortua consequūtur res ipsas Præterea in
hoc text. dicitur q idro mater non debet abuti &

debet prestare hanc satisdationem quia hoc expo=
stulat natura obligationis & pactio dotantis,nam
dotes secundum consuetudines barenses dātur pro
muliere & filiis quod hoc sit uerum probatur ex.§.
sequenti ubi habetur q mortua muliere cum filiis
dos pertinet ad filios & sic aprobatur opi.Marti.&
eius consuetudo contra opi.Ioa.& Bulga.quæ est
uerior de iure.Item q mater nō possit testari de do
te probatur in.§.mulier lo.2 . infra in titu.quali.
muli.alie.permi.ubi habetur q mulier non potest
disponere pro anima nisi de quarta parte rerū sua=
rum quando est in casa & est induta religionis ue=
38 lamen † ergo de aliis tribus partibus nihil dispone
re potest.l.maritus.C.de procura.cum no.in. l.cū
prætor in prin.ff.de iudi.Item hæc opi , probatur
in.§.penu.in.d.titu.quali mul.ali.permi.ubi habe
tur q si mulier consenserit uiro alienanti & nihil p
ceperit q post mortem eius filii possunt petere alie
natum si filii uenirent tamq̄ heredes utiq alienatio
a matre facta non posset ab eius heredibus infrin=
gi.l.cum a matre.C.de re.uend.Itē hoc clarius pro
batur infra in titu.de regu.iuri.ubi dicuntur hæc
uerba si aliquis exheres efficitur rerum maternarū
non admictitur ius nec debet intelligi ibi dum di
cit exheres. i .in bonis patris ut dicit quædam an=
tiqua glosella ibi quam habeo ad librum meum,
39 nam in tali casu esset quid in dubitabile † & lex &
statutum non debet esse super indubitabili.l.labeo
.ff.ad Carbo.ex p̄dictis igitur clare apparet q mu
lier non potest disponere de dotibus suis sed in eis
succedunt filii ut filii & non ut heredes matris ex
dispositione consuetudinis ut in simili statuto u o=
luit Bal.in.l.hac edictali.C.de secu.nup.ang.in au
tentico.§.soluto de nupt.Saly.in.l.i.in ultimo no=
ta.C.de inoffi.dona.& retenta hac opi. nō obstāt
in contrarium adducta & primo non obstat q in
presenti consuetudine dicitur q mulier est domina
dotis & si est domina debet habere effectus domi=
nii &c.nam dicitur q erat domina & reputatur do
mina suspecto iure ciuili.d.l.in rebus tantum secū
dum mores barenses non potest disponere sed uti
sicut usufructuariter utitur re in qua habet usum
fructum & sic per consuetudinē artatur & restrin
gitur illud uerbum domina nam subsequētia uer
ba in dicta consuetudine uti poterit & non debet
abuti ueniunt aduersatiue ad illud quod fuerat di
ctum q erat domina non obstat tex.in.§.penu. al
legato ubi habetur q si mulier uendidit accipien=
do prætium uel lantigilt imponit silentium sibi &
heredibus suis nam respondetur q ille tex.loquitur
quando mulier uendidit constante matrimonio
cum marito & quando accipit prætium non dici
40 tur abuti † quia qui habet prætium ipsam rem ha
bere uidetur.l.labeo.ff.de uer.signi. & ibi no. non
obstat q tex.ibi nominat filios heredes nam posi=
to q fuissent matris heredes respectu aliorū bono=
rū in hoc scilicet in dote non sunt heredes dic ut
ibi dixi similiter si mulier alienat propter lantigilt
41 .i.propter meritum non dicitur abuti † nam dona
tio remuneratoria est quædam permutatio ut pro
bat tex.in.d.l.sed si lege.§.cōsuluit ibi uelut genus
quoddam permutationis & ibi Bal. hoc notat de
peti.here.& est merces ut probat tex.in.l. actilicini
42 us regulus.ff.de dona † unde donatio remuneratoria nō

ria nõ, reuocatur natiuitate filiorum iuxta tex.in.l.
si unq̃.C.de dona.ut ibi dicit ange.& alex. in con-
si.2 b.in si.3 .lib.& in consi.40.in 4.lib.Phil.De-
43 ci in consi..o.† Item licet donatio reuoceretur pro
pter ingratitudinem.l.fi.C.de reuo.dona . c. fi. de
dona.tamen donatio remuneratoria non reuoca-
tur tex.est in.l.si pater.§.fi.ff.de dona.& ibi glo. sin
44 gu .† Item donatio inter uirum & uxorem non ua-
let toto titulo.ff.&.C.de dona.inte.ui. & uxo. ta-
men si fit ex remuneratione ualet .l.quod autem.§
45 si uir & uxor.ff.eo.titu.† Item donatio ultra quin
gentos aureos non tenet sine insinuatione.l.sanci-
mus.C.eo titu.tamen si est facta per remuneratio
nem non indiget insinuatiõe dũ modo seruitia fue
rint æqualia ita Bar.& imo.in.d.l. artificinus re-
46 gulus † Item licet donans non teneatur de euictio-
ne maxime quando donatio non inceperit a trad-
ditione tamen in donatione remuneratoria tenet.
tex.est in.l.idemq̃.§.fi.cum.l.seque.ff.mand.uolu
it Bar.in.l.iulianus.§.qui fundũ.ff.de uer. obli. &
47 ibi Iaso.& dicit Raph.cuma.in.d.l.artificinus † q̃
iura loquentia de donatione non habent locũ in
donatione remuneratoria unde non obstante q̃
mulier esset mera fructuaria propter meritum po-
test uiuente maxime marito & consentiente dare
aliquid de sua dote benemerenti, nã in simili uide-
48 mus † q̃ prelati qui non habent nisi usum rerũ ec-
clesiasticorũ ue no.in.c.presenti de offi.ordi. in.6.
tamen causa remunerationis possunt alienare.c.re
latũ &.c.cũ in officiis de testa.Bar.& Pau.de Cast.
in.l.iubemus nulli.C.de sac.san.eccle.& dicit Bar.
in prohemio digestorũ col.fi.& in.l.ambiciosa col.
49 i.ff.de decre.ab ordi.faci.† q̃ prohibita alienari pos
sunt alienari ex causa remunerationis allegat tex.
in.d.l.iubemus de quibus per Iaso.in.l.ex hoc iure
.ff.de iust.& iur.est etiam magna differẽtia quando
uxor alienat constante matrimonio una cũ mari-
50 to † & quando post solutũ matrimoniũ nã licet
consentiat in uenditione mulier tamen eidẽ rema
nent obligata alia bona mariti autẽtica siue a me
C.ad uelle.& si non sunt alia potest habere recursũ
ad illã rẽ in qua consentiit ut per fulgo.in cõs.206.
abb.in consi.8.in.2 .lib.affli.in decisi.3 1 1 .3 1 2
&.3 1 3.unde in tali casu filii non sentirent damnũ
quia semper poterũt recuperare imo ille tex.in.d.§
penu.facit per hac opi.ut supra dixi nã ibi uult tex.
q̃ si solũ mulier cõsentiat & non recipit preciũ fi-
lii post mortẽ matris possunt uendicare ecce quasi
rec non ueniunt ut heredes uniq̃ non possent.d.l.
cũ a matre in casu uero quo mater recipit precium
51 † quia habet precium loco rei. d. l. labeo & filii ex
hoc nõ sentiũt dãpnũ ideo in tali casu accepti præ
cii uenire nõ possunt Præterea ille tex.nõ loquitur
quãdo maritus cũ uxore alienãt res dotales sed lo
quitur quando maritus alienat res proprias in qui
bus uxor habebat quartã & q̃ hoc sit uerũ proba
tur in alia cõsuetudine iudicis sparti infra in titu.
si mul. cõse. ui. alie.incipienti cũ alienãti uiro &c.
nã ex illius cõsuetudinis litera declaratur obscuri-
tas illius tex.§.penu.& sic ex oibus predictis ille tex.
nõ obstat Minime etiã obstat tex.in.d.§.mulier lo
c.ubi habetur q̃ mulier potest uẽdere uestimẽta &
pãnos nã respõdetur q̃ ille tex.nõ aperit an sint bo
na dotalia uel q̃ illud possit facere solutõ matrimo
nio q̃ nõ est dicẽdũ quia de his tenetur prestare sa-
tisdationem ut hic in tex. ne igitur aduersentur hęc
consuetudines ad inuicem est dicẽdũ q̃ illa uesti-
menta non erant dotalia sed forte Paraphernalia
uel extra dotem & q̃ uẽdebat constante matrimo-
nio uel possimus dicere q̃ mulier potest uendere p̃
dicta post prestitam fideiussionem quia filii habe-
bunt ęstimationem dictorũ pannorum & sic nihil
eis nocet uenditio quia illæ sunt res que usu consu
muntur tempore ideo permictitur uenditio & ex
pedit filiis Non obstat quod dictum est consuetu-
dinem istam continere in se repugnãtia si primo di
cit q̃ est domina deinde q̃ est usufructuaria nã di-
co ut supra dixi q̃ cõsuetudo nõ repugnat sibi ipsi
quia si primo dixit q̃ licet sit domina intellige ispe
cto iure ciuili.d.l.in rebus tamen hoc iure consue-
tudinario solũ permictitur usus exemplo usufru-
ctuarii & non abusus qui permicteretur uero do-
mino.d.§.consuluit & hoc modo intelligendo est
uerus intellectus litteræ & nullam continet repu-
gnantia.Non obstat dum dicebatur non est bona
consequentia mulier debet satisdare ergo non po-
test testari quia ex affirmatiua &c. nã immo dico
q̃ est bona consequentia mulier tenetur admodũ
fructuariæ satisdare filiis de dote ergo non potest
ea disponere sicut non potest usufructuarius de re
52 in qua habet usumfructum † qui.n.uult consequẽs
de necessitate præsupponit suũ antecedens .l. illud
ff.de acqui.here.cũ multis simil.allegatis in.l.2 .ff.
de iur.om iudi.uult.n.cõsuetudo dotes conseruari
filiis & q̃ de his satisdetur per matrem ergo per cõ
sequens uult matrem non posse disponere tex. in.
d.Clem. 1 .de here . non sequebatur de necessitate
negatio uidelicet q̃ inquisitor possit commictere
uices ut ibi in glo. at hic sequitur de necessitate q̃a
attando dominium ad usum tantum per cõseq̃ns
de necessitate negat posse disponere in uita & in
morte de proprietate ipsius rei.d.§.fi.institu.de usu
fr.Minime etiam obstat.d.l.ex facto nã ibi erant q̃
dã uerba anuntiatiua conditionaliter prolata quæ
non inducunt dispositionem in id quod supponũt
ut ibi per Bar. At in casu nostro per consuetudinẽ
dispositiue dicitur mulierem esse usufructuariã do
tis & nullus est subauditus intellectus sed Clarus &
apertus & in hac opinione resideo q̃ mulier de do-
te non potest disponere in testamento sortius inter
uiuos sed q̃ uadit ad filios ut filios & non ut filios
& non ut ad heredes ipsius mulieris uirtute presen-
tis consuetudinis & ita uidi iudicatum in Ciuitate
Bari per Magnificũ.q .Pellegrinum de Pellegrinis.
V. I. D. de Barulo uirum peritissimum dũ fuisset
Capitaneus in Ciuitate Bari in causa Francisci An
tonii & fratrum filiorũ Ioannis stuppe solũ permi-
ctitur mulieri disponere de quarta parte p̃ anima
53 in terminis.d §.mulier † ¶ Sed quero mater habet
dotes non potest in preiudicium filiorũ de ipsis dis
ponere quid si filii uel.aliquis ex filiis essent ingrati
uel ingratus utrum potest succedere in dictis doti
bus diceret quis q̃ sic nam si mater est usufructua
ria & filii proprietarii ea mortua consolidatur usu
fructus proprietati.d .§ .fi.insti.de usufruct, & sine
ministerio matris † nec etiam talis usufructus pos-
54 set ab ipsa matre cedi extraneo.d.§.fi.&.l. si usufru
ctus.ff.de iur.doti.si non potest cedi minime pot &

55 ad aliũ transmitti † nam quod non est cessibile nõ
est transmissibile.l.ex pluribus.ff.de admi.tuto.Itẽ
filii hoc consequuntur ex dispositione consuetudi
nis ergo propter ingratitudinem mater non potest
56 priuare filios de eo quod ipsa non habet † priuatio
presupponit habitum.l.decem de uer.oblig.§.ser
57 uus insti.de Capi.dimi.† Sicut dicimus de emphi-
teosi capta pro se & filiis.nam eo casu licet filius re
pudiaret hereditatem adhuc consequeretur emphi
teosim ut firmat Saly.in.l.ii.C.de iur emphi.Bar.
Imo.Alex.& docto in.l.quod dicitur.ff.de uer ob.
li.per Bar.Bal.& Ange.in.l.si tibi.§.pactus.ff.de
pact.Iaso.in.d.l.ii.col.6 S.uersi.tertio querit Saly.
58 timo Saly.in d.l.ii.putat hoc etiam procedere si fi
lius fuisset exheredatus & Iaso.ubi supra & tamen
exheredatio præsupponit ingratitudinem similiter
etiam in fæudo ex pacto & prouidentia q filius cõ
sequitur etiam si non sit heres patris ut per and. de
yser.& Bal.in.c.i.an.agna.hoc probatur aperte in
.l.si arrogator.§.Sed nec impuberi.ff.de adopt.
59 † ubi testator non potest grauare filium impuberẽ
adoptiuũ post pubertatẽ in quarta sibi debita su-
per bonis ipsius patris quia dicta quarta consequi
tur ex prouidentia principali sic etiam deberet dici
in hac.q.eo q filius consequitur dotes ex dispo-
sitione consuetudinis sine aliquo facto mulieris q
DE Meffio non iudicatur pœna nisi post tertiã contestationem si de omnibus tribus conuictus fuerit.

SI Iudex declarauerit in scriptura se in curia declarasse aliquid breue, & creditur & si dixerit nos subscripti testes. s. iudex. licet sit unus subtestatus audietur Breue.

Pignus

PIGNVS non transfectatur nisi spatio triginta dierum & post idem spatium uendi potest & si pignoratio reuocata non fuerit non auditur.

PAENA non petitur nisi ut dictum est de messio, & inter ecclesias de uicaria & ineptagias.

SI Aliquis alienat coram iudice ciuibusque unam rem non pignoratá non uidetur facere in fraudem creditoris.

ET Si paciscor tecum ut uendam tibi aliquam rem non cogor uendere, sed si pro pretio aliquid uendidisti, & damnum consequutus fueris illud restituere tunc cogor.

SI Vendidi tibi uinum postquam a uitæ extractum fuerit aut si apud te fuerit idem de omni re tibi datur sacramētum cum certior sis.

SI Rupero puteum uel aream sicut diru tam domū triginta solidis iudicantur.

SI Oliuæ uenduntur uel domus & prætii pars uel totum solutum fuerit licet fructus sint in eis nō possunt pignorari, sed fides datur emptori qui soluit prætium.

SI Proiecero homines de uinea nō est inuasio sed proiectio & quinque solidis iudicatur.

SI Pactus sit uineas se cultare si scalciauerit & carricauerit sufficit.

SI Pro messio pignoratio facta fuerit, & mulier moriatur alterum quem uoluerit peti potest si mulier uixerit uel filius peti potest utrumque.

ITEM neptis succedit auiæ.

VSVRAE de sex in septem & in duplum & non amplius.

SI Aliquis exheres efficitur rerum maternarum non amictitur ius.

ITEM & si uir est obligatus ut nō quærat superfluum quod est de dote tamen mulier petere potest.


Finiunt consuetudines Barenses Compilatæ per Iudicem Andream.

INCIPIVNT CONSVETVDINES BARENSES COMPILATÆ PER IVDICEM SPARRVM.



STE IVDEX SPARTVS Fuit unus alius doctor qui etiam compilauit consuetudines Barenses sicut fecit iudex Andreas, & ut uideri infra poterit in pluribus cōuentūt. In quibus cōueniunt nihil dicam cum satis super aliis dictum fuit si erit consuetudo nō dicta quæ sit in uiridi obseruātia si expediēs fuerit dicam aliqua si uero in desuetudinem
1 abiit solum ponam textum † ne quid antiquitatis
ingnoretur ut dicit imperator inst. de testa. in prin.
nam licet aliquæ de istis cōsuetudinibus hodie ui-
deantur rediculæ tamen credendum est ꝙ eo tépo-
re quo uigebat ius longobardum istę erant nimiū
prætiosæ sic uidemus ꝙ omnia mutantur cū tem-
2 pore. † Vnde comicus ait omnium rerum uicissi-
3 tudo uidemus hoc in iure ciuili † nam olim tria fue
rant testamentorum genera calatis comitiis : pro-
cintum:& per es & libram quę tempore recesserunt
& certus modus etiam in manumissionibus obser
4 uabatur † unde imperator in prohemio institutio
num promictit dicere quod antea obtinebat, &
quod postea desuetudine inumbratū imperiali re-
medio illuminatum est ne quis igitur miretur si inter tot consuetudine sint aliquæ pænitus antiquatæ oportet omnia referre quia nō est mihi potestas delendi ex libro quæ scripta reperiuntur sufficit dicere non obseruari.

*DE COMPOSI*TIONIBVS ET *scandolis Rubrica.*



OMPOSITIONEM scandoli quam longobardorū iura constituunt de consuetudine non habere antiquorum patrū recolenda memoria decreuit: uerum si in iuditio commissum forte docebitur eum uiginti solidorum iactura ærario inferenda constituit puniēdum qui primum super alium in surexerit: conci-

lii uel conuentus, & ecclesiæ pœne scandoli secundum ordinem in suo robore duraturæ.

ISTE iudex sparrus in hac sua cōpilatione ser-
uauit ordinem iuris longobardi: nam liber le-
gum longobardorū incipit de maleficiis & publi-
cis criminibus & secundus titulus est de scando. &
1 compo. † quid autem sit scandolum uide in.c.ex li
teris de homi. & per docto. in.c.ordinarii de offic.
ordi.lib.6.& per fely. in.c. nihil cū scandalo col.i.
de præscrip.& quid sit scandolum & multa ad ma
teriam uide per neapod i.io prohemio consuetudi.
inclitæ ciuitatis Neapolis in uerbo scandolum. In
2 tex.ibi qui primum super alium,&c. † nam primus
insurgens præsumitur agressor.l.1.§. si arietes.ff.
si quad pau.feci.dica. in tex.ibi consilii uel conuen-
tus & ecclesiæ,&c.hoc refertur ad ius lōgobardum
nam in.l.i.&.ii. eo titulo in longobarda cautū est
q si quis in concilio uel in quolibet conuentu scan
dolum commiserit est culpabilis regi in.800. solidis
& si in ecclesia perpetrauerit scandolū debet dare. 40.
solidos illi ecclesiæ, & si in palatio ubi est rex scan-
dolum cōmiserit incurrit periculum animæ suæ.i.
3 mortis & hoc habetur in.l.3. dicti tituli. † Differt
autem conuentus a concilio nam cōuentus est co-
adunatio gentis ubi tractatur utilitas Regis, uel
publica cocilium scriptum per. c. est coadunatio
Episcoporum facta causa fidei secundum Caro-
lum in. d.l.i. & potest capi pro concilio ciuitatis
hæc consuetudo non obseruatur.

DE PLAGIS ET LIVORIBVS RVBRICA.



ICTVM Est de tixis uerbalibus & quæ fiunt sine armis nunc dicit de plagis, & liuoribus quę possunt fieri cum armis & sine.



OMINVM malignitatibus pœnarum dispendio prœuenitur quare si in homine libero tres plagæ liuores quatuor in toto corpore numerētur si faciei uel, manus plaga per quam cicatrix ostenditur poterit apparere solidorū quatuor erit æstimatio facienda alibi uero & si cicatrix non appareat solidorum trium liuoris siquidem compositio unius solidi mēsura moribus est contenta: Et cum sacramentū de iure probationem non inducere magis obtinuit in his tamen si plagatus eodem die iudici plagam ostenderit uel liuorem absque probatione legitima suo creditur iuramento nisi, uel annis quatuordecim masculus. Mulier si minor duodecim reperiatur: uel nisi seruilis conditionis plagata persona uidebitur: tunc enim eorum iuramento non creditur sicut cum nec post diem plagatus se iuditio præsentauit uel si noctis tēpore plagatum esse constiterit in his enim probationis loco iuramentum admicti nec ratio æquitatis nec exempla permictūt immo ad iudicantis offitium pertinebit exprimere tunc plagati sacramento nullatenus esse credendum. Si uero uel probatione legitima uel quia iurare noluit appellatus de seruili plaga constiterit compositionis medietas quam pro libero supra notauimus in seruili persona præstabitur. In persona uero seruientium curię erit compositio duplicanda. Cum autem de plaga os exiisse conuincitur legum inde loquentium seriem obseruamus ultra quatuor siquidē alapas uel pugnos aliquem nō teneri. Et si ex ferita liuor non appareat tanquam si appareat debere puniri morum benignitate consulitur: Et cum plagatum iurare contigerit si masculus aut mulier meretrix, uel probatæ uitæ fuerit distintio nulla erit nisi, uel clericus plagasse dicitur, uel ipse fuerit uulneratus tunc enim necpro ipso nec contra ipsum probatio in talibus dabitur iuramenti quod si clericum uulneratum esse constiterit priuilegio ordinis compositio iudicatur. Iudei uel alii qui idolatria celebrant ex Christi nomen non inuocant si liuorem, uel uulnus, uel plagas sibi factas ab orthodoxis hominibus asseuerant sacramento eorum non creditur nec eoruum testimonia contra captholicos approbantur sed opus est ut unusquisque diuersę religionis in iuditium testes inducant ad testimonium proferendum.

SECVNDVM iura lōgobarda aliter & ali-
1 ter fiebant compositiones † quia illud ius pro-
cedebat magis distinte quia aliter cōponebat uul-
nus in facie uel in naso aut labro uel in brachio uel
incossa & abscisionem dentium uel oculorum ut
apparet in toto titu. de plag.& cōpo. item pro uno
pugno erat compositio trium solidorum pro ala-
pa sex solidorum ut in.l.fi. in titu. de hi. qui insidi.
hæc consuetudo non seruatur: sed seruantur iura
romana & constitutionum regni, nam si est illata
iniuria agitur criminaliter uel ciuiliter, ut in.§. in
summa insti. de iniur. si agereture ciuiliter ageretur
iuxta dispositionem constitutionis regni uarietatem

pœnarum

2 pęnarum † uulnera etiam puniuntur secundum
constitutionem regni si quis aliquem per quam im
ponitur pęna manus sed quando uulnus non est læ
tale & non est mutilatio mẽbri & uulnerans est ho
mo bonæ famæ potest condemnari ad pęnam pecu
niariam de hoc habemus capitulum regni ad per-
uersorum & ista pęna solet eẽ duodecim untiarum
unde dicitur quasi in prouerbium dudici on &c. e o
la mano ut per pari. de pute in trac. find. in uerbo cõ
positio & ista pęna concurrẽtibus illis qualitatibus
imponi potest etiam parte non concordata ut dicit
Affli. in constitu. si aliquem col. 6. & in anno. 1 5 4 4.
quando eram aduocatus fiscalis in ducatu Bari feci
hoc obseruare ĩ personam magistri Vincẽtii de aloe
barbitonsoris in terra griptaliarum qui uulnerauer-
rat notarium Marcum Antonium de romano nam
eo non concordato fuit condemnatus ad duodecim
untias, & hoc etiam late prosequitur niger de cam
3 panea in. d. c. ad peruersorum † in tex. ibi cum sacra-
mentum &c. dicitur hic ꝙ iuramentum de iure non
inducit probationem ẽ uerum ut probatur in. l. nõ
erit. §. dato & ibi Saly. Ludo. Ro. & Alex. ff. de iur.
iur. est potius releuatio ab onere probandi ut est gl.
in. l. cum de indebito in uerbo legitimis. ff. de prob.
quam dixit singu. Alex. in consi. 119. col. 2. in lib. 2. per
Bal. & Fran. de are. in. c. 2. de proba. late per Iason.
in. d. §. dato quem legis in. l. ait prætor. §. iurari col.
4 2. uersi. Quarto nota. ex tex. &c. † in tex. ibi in per-
sonam seruientium &c. de iure etiam constitutionũ
regni dupplicatur pęna ut patet in constitu. ut parti
cipatio in titu. de iniur. curi. illa. in primo libr. & in
3. lib. constitutionũ sunt duę aliæ constitutiones quę
etiam loquuntur de iniuriis curialibus illatis prima
quæ incipit obseruent diligentissime &c. secunda q̃
incipit eos tantum officiales &c. in tex. ibi cum au-
tem de plaga os exisse &c. istud refertur ad. l. ii. de
plagi. & compo. in longob qui tex. uult ꝙ si plaga
fuerit in capite ut os rumpatur pro uno osse compo
sitio erat in solidis duodecim pro duobus in solidis
24. pro tribus ossibus in solidis triginta sex & si plu
ra ossa fracta fuissent non numerantur in tex. ibi ul
tra quatuor si quidẽ alapas &c. iste tex. uidetur infer
re ꝙ si quis dederit quinq; uel sex alapas uel pugnos
non tenetur & tamen si dederit infra quatuor tene-
tur ut hic in princ. & propterea esset ridiculum sed
debet intelligi ꝙ non tenetur ultra pęnam statutam
pro quatuor alapis sicut dicitur in. d. l. ii. ꝙ si plura
q̃ tria ossa fuerint rupta non tenetur nisi quantum
tenebatur pro tribus ossibus fractis & hoc probatur
etiam in. l. si quis alium in coxa eo. titu. de plag. & cõ
po. & quia hæc consuetudo non obseruatur sufficit
hæc dixisse. Vincentius Maxilla.

DE ARGA. RVBRICA.



ISTVD nomẽ arga est longobar-
dũ & idẽ importat, ꝙ dicere alicui
cornutũ ut ẽ tex. in. l. 1. de cõui. in lõ-
gob. & ibi per Caro in cõsuetudini-
bus feudorũ dicitur cucurbita ut ꝑ-
bat tex. ĩ c. i. §. i. ibi si fidelis cucurbi
tauerit dominum. i. cum uxore eius concubuerit in
tit. qui mod. feu. ami. & per canoni. in. c. accedens de
purga. cano. & glo. in. d c. i. in uerbo cucurbitauerit
allegat tex. in. d. l. i. de conui. & declarat quid est ar-
ga nos uulgariter dicimus cornutum credo ꝙ uoca
bulum sit corruuptum, ut dicatur cornua, quæ est
auis quæ nutrit pullos alienos unde iuuenalis in sa
tira 6. tũc tibi cornua placet fletũq; labellis exorbes.
Vincentius Maxilla.



IMPVNITVM De arga esse condoluit si quis argam clamauerit ꝑ furorem, quare si conuiciator iurauerit, ꝙ argam non cognouerit quem clamauit quinque solidorum dispendio feriatur.

ISTA consuetudo fuit sumpta ex illa. l. 1. de cõui.
1 in lõgob. & nihil differt ab ea nisi tñ ĩ impositiõe
pęnę quia in illa imponitur pęna solidorum duode
cim hic uero quinque non seruatur.

2 ## SI MVLIER MVLIERI AFFERAT INIVRIAM. RVB.



CVM mulier mulierem verborum iniuria lacessiuit, & iuditiorum lassare strepitum & pœnarũ ęstimationem quiescere legũ mitigato rigore mulieris fragilitas supplicauit.

ISTA consuetudo loqtur de iniuria uerbali nõ
autem si facta est iniuria realis nam tunc etiã de
iure lõgobardo puniebatur ut est tex. in. l. relatum
1 in titu de agre. uio. fact. † & uidetur ꝙ hæc consue-
tudo non ualet quia dat materiam delinquendi. l.
cõuenire. ff. de pac. dota. l. si unus. §. illud. ff. de pac.
hinc est ꝙ dicit Bar. in. l. cum lex per illum tex. ꝙ nõ
ualeret statutum si diceret quilibet bannitus extra-
hatur a banno soluendo decem nam non ualeret in
futuros banniendos quia daret materiam delinquẽ
di & ibi hoc dicit etiam Bald. & illum tex. ad hoc re
putat singu. Abba. in. c. 2. de constitu. & uoluit Sali.
in. l. ii. C. de gene. aboli. hinc dicit Iaco. butr. & post
2 eum Saly. in l. castigati. col. i. C. de adulter. ꝙ non
ualet rescriptum principis concedens remissionem
delicti ante ipsum delictum commissum quia inui-
3 taret ad delinquendum † item non ualet statu-
tum quod imponit pœnam comptemtibilem pro
delito ut puta si pro homiridio imponeret pęnam
quinque solidorum secundum archi. 23. q. 4. c. duo
ista. hosti. Io. Andre. Anton. de butr. Bald. Abba. Fe-
ly. & Docto. in c. fin. de consuet. & Alberi. de rosa.

in secunda part. statutorum in. q. 124. incipi. itē quę ro an ualeat statutum quod est in multis locis &c. plene per Iaso. in l. ut prętor la. prima colu. 3. ff. de iur. iur. & propterea pluries dixi polonis quod non ua let statutum eorum dum pro homicidio nobilis si non est captus in termino. 24. horarum soluit centū marcas quę sunt centum aurei & stat carceratus per uno anno & die pro homicidio ignobilis similiter si nō est captus infra dictum tempus soluit decem
4 marcas ac si occidisset asinum † ista consuetudo dū uult quod pro iniuria uerbali illata mulieri, a, muliere quiescit ęstimatio penarum non est bona quia daret materiam delinquendi & in delictis mulieribus non est subueniendum nec hodie obseruatur, quia dum mulier accusatur, & costat condemnatur pro iniuria uerbali si uero non accusatur non potest pro cedi ex officio ut dixi supra in titul. de composit. in princ. & requirente materia referam casum qui occurrit in quadam ciuitate non lōge a Baro fuit quęstio inter duas mulieres una dedit alapam alteri fuit actum ciuiliter iuxta cōstituti. uarietates penarum fuit condemnata illa mulier ex causa iniurię per eā illatę in ducatis tricentis fuit appellatum & causa commissa cuidam patricio neapolitano quia uoluit me consultorem in ipsa causa non fuit prosequuta causa appellationis ex causa quia maritus condemnatę dicebat non potest fieri executio contra dotes
5 uxoris meę me uiuente † quia ego sum Dominus l. doce ancillam C. de re. uend. & fructus seruiunt per oneribus matrimonii. l. pro oneribus. C. de iur. dot. facit tex. in. l. quinque legibus. ff de bon. dam. & quę
6 dicit Capir. in decisi. 128. † nec etiam mulier poterit carcerari ex tali causa. l. i. & authentica ibi posita C. de offi. diuer. iudi. authentica nouo iure. C. de cu sto. reo. & per hęc pars aduersa non fuit prosequuta. immo concordauit secum consilio sui aduocati
7 sed eius aduocatus errauit † quia exequutio poterat fieri super spe dotium etiam constante matrimo nio ut dixit Bal. in l. spem. C de don. & illa spes pō terat uendi reperi deinde eundem Bal. & Ang. hoc etiam dicere in. l. tale pactum. §. qui prouocauit in Reperi. d. §. ff de pact fuit originale dictum so. An. in addi. ad specu. in titu. de exequu. sente. in. §. sequi tur col. 6. & seq. & ad prędicta uide Cagno. in Re
8 peti. l. fi. C. de pact. num 258. † ad hoc facit gl. sing. in l. constante. C. de dona. quę uult quod spes dotis constante matrimonio donari potest & Bal. & Saly. & per Iaso. in l si constante col. fi. uersic ultra quatuor quęstiones. ff. solu. mat. unde quādo occurrerit ca sus quod mulier erit debitrix & non habet alia bona nisi dotes existentes penes uirum posset uendi spes do tis constante matrimonio & hoc quando dotes soluto matrimonio morte mulieris non essent alii pu ta dotanti uel filiis debite ex stipulatione uel statu
9 to † & ultra quod poterat uendi spes dotium ut supra illa mulier quę iniuriam fecit poterat pro illa pęna pecuniaria ad quam fuit condemnata si eam sol uere non poterat puniri in personam iuxta regulam luat in corpore qui deficit in ere. l. si quis idquod. ff. de iur o. n. iudi unde poterat carcerari ut dicit Iaso. in d. l. si idquod colu. 6. uersic. Tertio collige &c. & ad prędicta uide Botri. in decisi. 349. ubi multa

dicit ad propositum sed dubium est an possit carcerari pro parte quę debetur parti iniuriatę iuxta. d. consti. uarietates pęnarum nam illa non debetur fisco ut dici possit criminalis per nota. in. l. 3. de sepul. uio. & ita loquitur text. in. d. l. si quis id quod nam pęna ibi applicabatur fisco cogita.

Vincentius Maxilla.

QVALITER MINOR EX DELICTIS TENEATVR: uel non. Rubrica.



MINOR a, delictis, & criminibus esse solutum, nisi doli capax fuerit ętatis miseratio iam sugessit.

1 † DOLI capax masculus dicitur cum compleuit annum decimum cum dimidio fęminam cum nonum cum dimidio & tunc dicuntur proximi pubertati infra uero dictam ętatem dicitur proximi infanti r. §. pupillus & ibi glo. institut.
2 de inuti. stipu. nota. glo. in. l. i. ff. de noua. † qualiter aūt minores teneātur in delictis uide magistralem disfin Albert gandi in suo tracta. crimi. in tit de penis reo. colu. 8. numero. 30. uersic. cum quis minor xxv. Annis.

QVALITER INTER BAIVLVM ET PRIVATVM compositio diuidatur. RVBRICA.



IN compositionibus quę descendunt ex malefitio diuisiōis huius senes obseruatur vt ex eo quod soluitur duabus partibus iniuriato pręstitis tertiam habeat Catapanus. In plagis vero, & liuoribus quodam notabitur spetiale nam licet in delictis aliis sine fraude Baiuli iniuriatus possit sibi culpam remictere sacramentum etiam relaxare: In plagis Tamen, & Liuoribus; semel ostensis Iudici si iniuriatus, velit recedere, & si iurare noluerit sup plagā de suo debet tertiam impendere catapano: āplius si cū plaga vel vulnus ostēderit aliquem nominauerit quē se dixe

se dixerit vulnerasse sed postea nominauerit alium a quo se dixerit vulneratum quia cum alienæ existimationis discrimine non permictitur euagari supra neutrum iurare poterit appellator: Et licet moris nostri sit liuores quatuor plagas tres in toto corpore numerari tamen si a pluribus commisisse dicatur super vnumquemq; liuores quatuor plagas tres iurare poterit accusator nec iudicare tunc cogitur quos plagas vel liuores quis eorum commisit est.n.tunc sufficiens si iurarit ab oibus fuisse plagatum, quo casu viriliter vnusquisq; damnatur sed si plagam vnam vel liuorem vnum habuerit si a pluribus se dicat esse percussum & ab omnibus se percussum esse iurauerit quamuis psonam certam nesciat a qua se vulneratum ostendat ab omnibus tamen æquanimiter plagæ vel liuoris compositio iniuriato præstabitur.

SI aliquis percuntasset bene illam fecem iuris longobardi, & asinini & has consuetudines Barenses tum temporibus illis fuerat necesse deseruire illi iuri utiq; iudicasset tunc temporis has consuetudines fuisse non solum æquas sed æquissimas & compilatas fuisse a docris uiris qui quantum poterant conabantur adherere iuri Romano, & propterea ipsa ciuitas bari satis gloriari potest q semper habuit iura propria q non conuenit nisi tantũ præclarissimis ciuitatibus est etiam considerandum pro magnitudine ipsius ciuitatis q permissum fuit statuta condere super pęnis delictorum, & decisionibus causarum ut uideri potest in superioribus consuetudinibus nam condere talia statuta non pertinet nisi ad liberas ciuitates quæ habent merum & mixtum imperium. l.fi. C. de trsta. Bar. in. l. oẽs populi in. q. i. ff de legi. dixi supra in prohæmio hodie autem hæc non obseruantur sed quando pro iniuria agitur ciuiliter pęna diuiditur inter curiam, & priuatum nam duæ partes pertinent ad curiam, & tertia ad iniuriatum in recompensam iniuriæ ut patet in cõstitut. regni uarietates penarũ.

DE QVANTITATE SOLIDORVM. RVBRICA.



QVIA in superioribus consuetudinibus delicta puniebantur pęcuniaria pęna solidorum ideo dixit de quantitate solidorum.

SOLIDORVM difficultatibus æquitatis mẽsura succurritur vt si per solidorum, vel minus summa inciderit: per solidum octo ducalium, quantitas numeratur si vero ad maiorem summam ascenderit duorum ducalium computatio in omnibus fiet quæ locum habere poterunt cum ex debito malefitii occurrit litigium solidorum. In contractibus autem talis ordo seruabitur vt si miliariensium quæstio præponatur siue dotis siue alterius contractus causa fuerit viginti miliarienses per vntiam enumerantur cum autem de solidis mes: fii disceptatur per vntiam quatuor & dimidia dinumeratio pertaxatur ducaliũ uero æstimatio si quæratur si ante destrutionem debitũ fuerit per vntias centum si post destructionem sexaginta ducalium per vntiam pertaxatur. Solidorum autẽ dotium post destructionem obligatorum si quęrat: per centum quindecim vntię exoluentur.

SOLIDVS & aureus idem est ut habetur in. l. si fine. ff. de in iu. uo. iuncto. §. fi. insti. de pen. teme. litiga & nota. in. d. l. si fine & duodecim denarii faciunt unum solidum siue aureum ut dicit ias. in. l. quæ extrinsecus. ff. de uer. obli & hoc est de iure longobardo ut duodecim denarii faciant unum solidum ut patet in. l. i. de quan. solido. in longoba. patet ergo q denarius est nummus quem nos Carolenum dicimus a Carolo Rege dicitur solidus a soliditate quia fit de puro auro. l. i. C. de uete. numi. lib. xi. non ommictam q Alciatus lib 3. disputationum cap. 9. dicit q aureus legalis est duorum aureorum nostræ monetæ hoc non placet Ripe ut est uidere p eum in. l. si constante col. 7. num. 28. ff. solut. matri. quæ sit marca argẽti & auri & quæ sit libra, & quot aurei faciant librã & marcam & multa in hac materia uide per boeri. in decisi 327. ubi etiam de solido & uide quę dixi supra in titu. de iudici. in. §. in scripis & quæ dicam infra in tit. si pari. sit in consi. non seruatur.


QVALITER PROBATIO BAIVLI SIT ADMICTENDA & DE CAUSIS IN IUDITIO ACTIS. RUB.



BAIVLVS quia videtur esse terribilis donec in administratione permanserit in nulla quęstione per suę iurisditionis homines aliqd poterit aprobare nec per Iudicem etiam cũ nec de his nec de aliis quæ corã iudice partium assertione panduntur eiusdem possit recordatio postulari: quamuis ius longobardorum recenset prout iudex memorauerit obseruetur nisi secundum quod de benignitate nostræ consuetudinis est inductum, vt de his quæ agũtur coram iudice in curia sedente vel si de sentẽtia interloquutoria vel diffinitiua quæratur quamdiu ibidem fuerit absq̃ iureiurando ad eius memoriam recurratur ægresso autem de curia nisi incõtinenti reuersus fuerit recolendi pręciditur potestas. Si vero extra curiam coram eo aliquid attentetur de eius memoria iuris statuta seruentur & sic in omnibus his loco probationis memoria iudicis habeatur per testes vero de his probare volẽtibus adeo eorum voto resistetur ꝙ nec aduersarii sacramento negatur.

NON seruatur uide quæ dixi in. §. de his supra in titu. de iudic.

DE PENSIONE DOMVS, ET VINO VENDITO. RVB.



CVM pensionis domus occurrerit litigium tale debet libramentum imponi vt si cõductor in domo fuerit pensionem anni non esse prastitam Dominus domus legitimo defenditur iuramento: Si vero condutione finita conductor domum reliquit conductor legitimo defenditur iuramento: sed si in domo conductor remanserit præsentis anni, non finiti in quo talium condutio fieri consueuit nec solutæ pensionis Domino fides habebitur & finito anno si annorum præteritorum solutionem negauerit licet in condutione remanserit præteriti tamen temporis Domini Domus iuramento non creditur sed a conductore legitime defenditur. Similis superiori de vino coniectura subiicitur si.n. nihil vini in butta remanserit emptoris sacramento legitimo de prætii solutione costabit, & si coram testibus venditionem clamauerit celebratam: sed si de vino super erit prætium non esse solutũ venditoris legitimo sacramento defenditur quæ locum habere poterunt cum res non agitur instrumentis quibus existentibus in tactæ consuetudinis ordo seruabitur.

ISTA consuetudo est æqua & iusta & obserua
tur nam cum conductor discessi de domo præsu
1 mitur ꝙ soluerie pensionem † nam cum dominus
habeat omnia bona inuecta & in lata in domo taci
te obligata. l. ii. 3. & 4. ff. qui mod pig taci, contrah.
& l. item quia. ff. de pace. non habet præsumptionẽ
pro se sed præsumptio est pro conductore ꝙ solue-
rit & ideo eo recesso statur iuramento ipsius condu 2
ctoris sed quando adhuc est in domo non habet ali
quam præsumptionem pro se pro illo anno & pro-
pterea statur sacramento domini domus: sed peo an
nis præteritis si dominus peteret pensionem credi-
tue iuramento conductoris quia non est credẽdum
ꝙ locator per plures annos tacuerit argumento. l.
cum de indebito. ff de proba. sed pro præsenti anno
creditur ue consuetudo hæc dicit & nota ꝙ in ciui-
tate bari circa pensiones domorum est una alia con-
2 suetudo de qua infra in titulo de ban. & bull. † & de
illa tacita hypotheca quomodo quando & in qui-
bus procedit est plene uidere per Doctor. maxime
Iaso. in. §. serutana insti. de actio. & in. d. l. Item quia
& coniectura de qua in præsenti consuetudine non
habet locum cum locatio & condutio fuerit facta ꝑ
instrumentum ut hic dicitur in fi. ratio quare quã-
do interuenit instrumentum non habet locum con
3 iectura & quando res agitur per testes sic † cum par
tem uim habeane testes & instrumenta. l. in exercẽ-
dis. C. de fid. inst est illa quia si aliquis est obligatus
soluere pensionem domus uel prætium uini pee in-
4 strumentum facta solutione † iudicandum est ꝙ pe
teret redi sibi instrumentum tamq̃ inefficax. l. diflo
lute. C. de condic. ex leg. unde cum instrumentum
reperiatur pœnes creditorem sanum presumptio ẽ
pro ipso creditore. l. labeo & ibi Docto. ff de pac. c.
ecclesia & ibi Canoni. ue lit. penden. Et ideo contra
hanc iuris præsumptionem, non debet dari iura-
mentum conductori domus nam cum creditor ha
bebat penes se instrũm nõ curabat de discessu cõdu-
ctoris uel ꝙ totũ uinũ fuisset aceptũ, a, uegete sęcus ẽ
i testibus qa i eis nõ cadit restitutio sed quęro quare
Dominus domus uel uenditor uini qui sunt actores

non

non grauantur onere probandi sed statur iuramento aduersaru in casu quando conductor recessit, & ueges est euacuata ideo quia actores satagunt nega-
6 tiua † quę per rerum naturam probari non potest. l. actor & ibi glo. & Cy. C. de probat. c. bone el. i. & ibi Io. And. de eler docr. in. l. pantonimus §. rei perduellionis. ff. de acq. hære Bar. in. l. i illa stipulatione & ibi doct. ff. de uer. obl. Alex. in consi. 14. col. 5. in ii. lib. merito non coguntur nec admictuntur ad probandum ideo statur iuramento conductoris uel emptoris uini nam ut dicit Bar. in. l. admonendi colu.
7 5. uersi. post dubitationem autem. ff. de iur. iura. † quod iuramentum in supplementum probationis non tantum defertur ubi est semiplene pbatũ sed et ubicunque actor habet per se tales testes qui solũ præsũptionẽ inducant uel aliquas conecturas per quas iudex inducatur ad suspitionem uel ad opinandum ut not. in l. tam his de testi. uoluit Alex. in consi. 13. circa fi. libi & Iaso. in Repeti d l. admonendi col. 35. num. 86. dicit quod ipse putat quod si aliquis habet uehementem conecturam & presumptionẽ pro se quod debet deferri iuramentũ unde cum presumptio discessus a domo & euacuationis uegetis sit uehemens præsumptio solutionis merito statuẽtes santa rõne uoluerũt ut credatur iuramento predictorum bene credo quod dñus domus uel uenditor uini faceret interrogationem asserenti se soluisse de tempore solutionis & de loco si responderet solui puta Klendis Maii & bari posset dominus domus uel uenditor uini probare quod in illo die nõ fuit Bari sed per totum illum diem fuit alibi & probare negatiuam cohartatam loco &
8 tempore iuxta nota. in. l. i. ff. de itin. actuq. priua. & in. l. optimã C. de contrah. & commi. stipu. & glos. in. § si uero absunt in uerbo & uidisse in authentic de here. & salc. similiter poterit probare qualiter cõductor rogauit ut posset discedere quia infra breue tempus solueret uel quod post discessum confexus fuit se esse debitorem ex dicta causa uel quid simile. Vincentius Maxilla.

SI ANIMAL IN HOMINEM VEL IN ALIVD *dannum dederit Rubrica.*



VM animal hominem plagasse vel vulnerasse, vel aliud damnum dedisse proponitur vel delicti tempore loco pignoris captũ fuerit sacramentum tãtum ab eo cui commissum est delictum, seu maleficium prestito quod animal de quo queritur damnum sibi vel plagas intulerit sic ab animali commissum debet a damno emẽdari tanq̃ si ab homine doceretur inflictum noxę tamen deditione animalis domino reseruata quã si sibi elegerit omni erit compositione inmunis: Nisi hæc, a, canibus commissa dicantur Tunc. n. deditione talium dominus minime liberatur sed iuxta quod delictum fuerit domini s tenebuntur nisi canis in damno fuerit interfectus: Tunc. n. compẽsãtione admissa nec de cane occiso nec de damno ulla poterit ratio postulari. Præter canem ita delinquentem aliud animal non licebit occidere quod si commissum fuerit alter alteri ut delicti quantitas poposcerit cõdemnatur. Quæ uero de animalibus cauta sunt sic in iuditiis obtinebunt si animal per se damnum dederit si vero animal in quo damnum datum fuerit super eum se miserit, licet hominem plagasse vel alias damnum dedisse costiterit in nullo tamen animalis dominus condẽnabitur.

1 ISTA consuetudo quantum ad noxæ deditionem concordat cum iure ciuili ut pater in titu. ff. si quad. pau. feci dica. prætereq̃ in cane quia secundũ hanc consuetudinem non liberatur dando canẽ pro noxa quod nota tu Barensis quia poterit occurere quod canis dederit dannum nam per hanc consuetudinẽ non liberaretur dominus cani dando canem sed de-
2 bet emendare damnũ † de iure uero lõgobardo non habet locũ deditio noxę sed solũ restitutio damni ut dicit Carolus in. l. de quadrupedibus in titu. de pau pe. In tex. ibi uel aliud damnum &c. potest poni exẽplum si animalia dederunt damnũ in agris uel in uineis & nota quia utilis est hæc cõsuetudo quæ uult quod in plagis & uulneribus illatis ab animalibus stetur iuramento damnum passi & quod admictatur talis in regularis probatio quia non est prouisum per pragmaticam regis ferdinãdi primi de qua infra dicetur quia illa loquitur solum i damno quod datur ab animalibus in rebus & agris. Circa principium huius consuetudinis duo colliguntur unum quod quãdo aliquis recipit dãnũ ab aliquo aiali quod põt ppria authoritate capere & pbatur i tex ibi loco pignoris &c. secundũ quod credatur iuramẽto dãnũ passi qñ ani-
3 mal ẽ in posse dãnificati † Primũ discordat a iure ciuili qa quãdo aial facit dãnũ nõ põt includi & cap. l. quis. ff. ad leg. acq sed aduerte qa hoc pcedit qñ a liqs scit dñm aialis & tũc pcedit dispõ. d. l. quis sed si ignoratur cuius ẽ aial bñ de iure et ciuili põt ca. pi ppria autoritate & detineri quousq; ueniat dñs ut p Spec. in tit. de iniu. dam dat. § sequitur uer. pono Bar. Lu ro. Ang. Ale. & do. in. l. ãplius. § de his. ff d dãn. infe. Ant de bu. & can. in. c. leserit d iiu. & dãn. dat. nõ aũt põt detineri quousq; dãnũ emẽdetur ut dicũt doc. predicti firmat Barth. cep in tra. de serui. Rust prædio. in capitu. de seruitu. iur. pas col. 9 uer fic. superest alia quæstio Affli in consti regni cũ per partes apuleæ in tertio nota. & in constir. pacis cultum col x uersi. xx. licet mihi &c. de iure uero longobardo potest capi aial quando ingnoratur cuius sit & claudi & duci ad iudicẽ loci & facere bannire

per quartam & quintam uicem uoce præconia cu-
ius sit animal & si non comparet aliquis potest reti-
nere tam ꝙ suum bene si moriatur debet conseruare
signa de corio ut si uenerit dominus possit ei demo-
strare ita cautum est in.l i.de eo qui pecu.in damn.
inue.in longob.De iure uero constitutionum regni
per constitutioně quæ incipit peruenit in fi.erat cau
tum ꝙ quando aliquis inueniebat animalia damnū
dare in suis debebat illud capere & consignare iusti
tiario prouinciæ & in hoc ultimo fuit emendata di-
cta constitutio per aliam constitutionem quæ inci-
pit animalia in titu.de animali inuen.in dam.in.3.
lib.quę uult ꝙ sufficit ꝙ consignetur baiulo loci sed
est alia etiam prouisio in regno & est quædam prag
matica regis Ferdinādi primi quę incipit statuimus
ꝙ in damnis dandis sub titu.de offi.baiu.& est posi
ta in fine Regiarum pragmaticarum de mod.pced.
in cau.ciui.& per illam pragmaticam est cautum ꝙ
si animal non est in posse illius qui prætēdit damnū
tunc de ipso damno dato debet stare per unum testē
cum iuramento inuentoris damnum passi si uero
animal est in manu & posse damnum passi creditur
suo iuramento & sic ista consuetudo est conformis
cum dicta pragmatica licet longe ante fuerit scripta
& licet hęc consuetudo uidetur loqui de damnis de
quibus in titulo.ff.si quad.Pau.feci die.tamē etiam
intelligitur de damnis datis in bonis per illud uer-
bum positum in prin.uel aliud damnū dedisse &c.
maxime quia est eadem ratio immo maior nam si
de maiori causa statur iuramento dāoum passi de-
bet etiam stari in minori authentica multomagis.
4 C.de sac.san.eccle.† ¶ Quæro aliquis uirtute hu-
ius consuetudinis consequutus est emēdam damni
utrum baiulus barensis possit consequi pęnam sibi
debitam uidetur ꝙ non quia probatio de qua in hac
consuetudine est priuilegiata & inregularis quæ li-
cet sufficiat ad consequendum emendam damni ta-
men non sufficit ad consequendum pęnam ut dixit
Io.And.in nouella in c.at si clerici in uerbo apertis-
simis argumentis de iudici.& in c.pia de except.in
6.glo.iuncto tex.in.d.l eum de indebito.ff.de pba.
Grama per prædicta & alia quæ ipse allegat in deci
si.67.col.fi.dicit sic fuisse decisum in sacro regio con
silio Ego dico ꝙ baiulus barensis non posset quia in
præsenti consuetudine de pęna uerbum nullum be-
neuerum quia relictum in statuto relinquitur in di
spositione iuris communis.l.comodissime ff.de li-
be:& posthu.cō uulg.cum in regno habemus dictā
pragmaticam quę in regno est ius cōe quando esse-
mus in damno dato in rebus tunc baiulus posset cō
sequi solum pęnam unius augustalis & nō ultra &
ita concludit Grama.in.d decisi ¶ Quæro de quę
stione quę occurrit tota die & pluries consultus fui
sunt barones uel uniuersitates quę habēt diuersa ter
ritoria pecudes & animalia unius territorii non per
transitum ingrediuntur territorium alterius barōis
ille Baro uel sindicus uniuersitatis intercæpit illa
animalia & uult fidā & affidā & retinet ipsa anima
lia dominus animaliū recurrit ad prędidē & iustitia
riū prouincię uel ad magnā curia uicarię audientia
prouincialis uel ipsa magna curia ex quadā uetustis
sima practica accipit fideiussionē a domino aīalium
de soluendo quicquid iudicatū fuerit & exequutiue
mādat intercęptori sub formidabili pęna ne anima
lia pereāt ꝙ restituat aīalia ex quo capta est fideius-
sio prędicta & ꝙ ueniāt ad ꝑponendū iura si qua ha
bet quęritur utrū tale pręcepiū & mandatū sine cla
usula iustitię ualeat & uidetur dicēdū ꝙ non ualet
5 † quia licet iudex pōt incipere,a,pręcepto tamen in
eo debet eē clausula iustitię alias si senserit se graua
tū &c.ut est glo.in.l.de pupillo.§.meminisse & ibi
Bar.Ale.& Ias & ē bona glo.in.c.ex parte lo.1.§.si I
6 glo.fi.de uer.sign.† & hoc maxime uidetur posse di
ci quando dominus aīaliū nō negaret sua aīalia fuis
se intercępta in territorio aduersarii sed allegaret pos
se pascere ex cōtractu ꝑscriptione aut cōsuetudine na
in tali casu cū intercęptor habeat fundatā suā inten-
tionē ex dispositiōe iuris comunis debet intercęptor
manoteneri & nō priuari illa captura quousq; dnūs
animaliū nō ꝓbauerit de cōtractu aut de ꝑscriptiōe
tex.ē aureus in.c.cū psonę de priu.in.6.& per illum
tex.dixit Ant.capiti in propriis terminis in deci.45.
7 † in cā illustris marchiōis laini &c. ꝙ innoleuit pra
ctica ꝙ qñ in loco seu territorio diffidato aīalia re-
periūtur adeo ꝙ dñs aīaliū nō negat illū locū eē in-
tercipiētis sed fundat se ex aliquo cōtractu seu pos-
sessione nō debēt sibi restitui aīalia nisi soluta fida
tūc.n debetet statim restituere qñ esset incertū non
esse intercępta in territorio intercipientis uel nō es
set certum quantū est fida & diffida quę semp sunt
certa ad hoc idē capiti.allegat dictū Gemī in.c.ad de
8 cimas de resti.spoli.lib.6.col.1.ubi dicit † Nota ar-
gumentum ꝙ ubi est uerisimilis præsumptio cōtra
agentē possessorio recuperandæ ꝙ possessionem ad
quā petit se restitui iniustæ occupauerat & de iniu-
stitia costat ex eius assertione nō fit restitutio nisi iustā
ꝓbet possessionē & sic uidetur secundū dicta per ca
pitium ꝙ quando esset certum animalia fuisse inter
cepta in territorio intercipientis ꝙ tale pręceptū cu-
rię eēt iniustū & posset ab eo appellari & eēt nullū
cū non habeat in se causę cognitionē. Sed ꝓ certo in
omni casu ēt ꝙ eēt certū de territorio intercipientis
uidetur ꝙ tale ꝑceptū sit iustū ēt sine clausula iusti-
9 tię † nā quādo sumus in his quę desiderāt celeritatē
pōt cā expediri sine causę cognitiōe & sine ꝑdicta cla
usula ut in exemplo l.equissimum.ff.de usufru.ra
tione scandoli euitandi ut uoluit Ludou.Roma.in
d.§ meminisse & Iaso.in l nec quicquam col.3.uer-
sic.secundo limita.ff.de offici.procons.certe si fieret
præceptum cū dicta clausula iustitiæ animalia inte
rim possent perire, quia non ita bene gubernantur
10 per alium ꝙ per uerum dominum † nam qui non
est pastor si uidit lupū uenientem dimictit oues, ut
habetur Ioann.c.x.hæc est quædam prouisio super
11 alimentis aīaliū de futuro † quorū cā sūmaria ē l.si
qs a libertis.§.ii.ff de libe.agn & habetur p doc.i.d.
l.alimentis.C.de tran.& in dicta causa proceditur,
12 etiam diebus feriatis l.ii.ff de feri.† Item,a,senten-
tia futurorum alimentorum non appellatur.l.fi.ff.
de appell.reci uel nō uoluit Bar.in.l.mela.ff.de ali
me.& ciba.lega.Ratione igitur dāni euitandi cęle-
riter debet prouideri illa.n.fideiussio habetur loco
animalium sequestratorum l.si fideiussor.§.si satis-
13 datum.ff.qui satisda.coga.† de iure non potest aliqs
cape-

capere & includere animalia inuenta damnum facientia in suo, sed debet expellere cum modestia quasi suum animal abigeret, ut dicit text. in.d.l. quamuis & pro damno habet proprias actiones similiter de iure cõstitutionum regni ut patet in.d. constitu.peruenit & in.d.constitu. animalia etiam quæ inueniat in suo dãnum dare debet præsentare coram iustitiario uel baiulo loci nec est facienda differentia inter baronem & priuatũ hominẽ uel uniuersitatem
14 † nam omnes excepta res publica Romanorum habentur loco priuatorum .l. eum qui uectigal in fi.ff. de uer. signifi. non enim debet quis sibi ipsi ius dicere etiam si iurisditionem habeat.l. qui iurisditioni.ff.de iuri.om. iudi.l.uni. C.ne quis.
15 in su.ca. † non obstant allegata per capiti.& primo tex.in.d.c.cum personæ nam ex illo tex.non potest colligi illa practica de retinendis animalibus sed solum ibi tractatur an is qui habet intẽtionem suam fundatam in iure cõmuni contra aduersariũ prætendentem habere ius in re debeat manuteneri in possessione lite pendente & aduersariu inhiberi, & ille tex.ponit tres casus primus est quando aduersarius innititur priuilegio & hoc casu lite pẽdente nõ potest prohiberi secundus casus quãdo aduersarius innititur præscriptioni aduersus habentẽ intentionem fundatam de iure cõmuni & hoc casu cũ præscriptio sit odiosa lite pendente debet inhiberi. Tertius casus est quando aduersarius innititur priuilegio & præscriptioni & in tali casu dicendum,ut in primo, & hæc omnia bene colliguntur ex illo tex. & ipsemet capitius optime declarat in decisi.189. in causa uniuersitatis & hominum titi,&c.dicu igitur quando tractaretur solum an liceat domino animalium pascere in territorio baronis sua animalia si allegaret præscriptionem fateur quod posset prohiberi a barone habente ius cõmune pro se ne pasceret quousque in iuditio doceret de ipsa præscriptione iuxta tex.in. d.c. cum personæ & posset expellere animalia. Sed non probatur ex illo tex.quod ipse posset retinere animalia usque ad solutionem non sequitur hoc potest prohibere pascere ergo,inuenta pascere potest includere quia hoc ultimum est contra tex. d.l. quamuis & contra dictas regni constitutiones nisi aliquis saluando capitiũ uellet dicere quod dum dixit nõ sunt restituenda uoluit intelligere a curia cui fuerunt præsentata cũ ipsa curia uideat imprõptu ex confessione aduersarii qualiter intercipiens habebat fundatã suam intentionem sed si capiti.intellexisset quod possent intertinere ab ipso intercipiente nõ uideo quod eius opinio sustineri possit & ad dictum gemi.in.d.c.ad decimas patet responsum quia loquitur de possessione & dum capiti. in.d. decisi. dicat quod fida & diffida est certa.
16 † Ego.dicam pro ut dicit affli.in constitu.cum per partes apulæ in.7.nota.col.6.nescio unde habuit originem ista diffida licet idem affli.in deci. 290. dicat quod habuit originẽ ab anno magnæ curiæ uicariæ,sed in.d.constituti.cum per partes hoc negat
17 quod pœna banni non est diffida. † Et dicamus cum in eo in.d.cõstitu.quod in istis pascuis statuitur antiquitati & pro ut antiqua consuetudo se habet ut.d.in .d.constitu. & allegat tex.in.c.i.in uersi. Et ab an-
18 tiquo & ibi Bal.col 6 de pace cõst an. † ¶ Sed quæro utrum hæc consuetudo comprehendat clericos quatenus cõuenit cum dispositione iuris communis & si non uirtute consuetudinis saltum ex dispositione iuris communis clericus tenetur. c.i.& ibi docto.de nou.ope.nunti. Et cum præsentes consuetudines sint a rege confirmatæ & consuetudo hæc sit rationabilis tenetur clericus
19 † Sed pro dãnis datis in agris ab animalibus clericorum non est dubium quod clerici tenentur ad emendã damni pro qua emenda debet adiri iudex ecclesiasticus sicut dicimus quod clerici tenentur ad instructionem uiarum, & pontium ut cogantur ad hæc additur eorum iudex ut dicunt docto.maxime Fran.de aret.in.l.ad
20 ad instructionem. C.de sacr.san. eccl. † Sed utrum teneantur ad pœnã ut puta ad diffidam uel ad aliã pœnam impositam ex statuto uel banno hæc quæstio fuit inter erarium illustris & excellentis comitis potentiæ in terra grumi & aliquos clericos terræ pali dicebam pro clericis quod non tenebantur nisi ad fidam iuxta dictam constitu.cũ per partes apuleæ ad diffidam uero nullo modo quia hæc diffida aut debebatur uirtute bãni magnæ curiæ uicariæ,
21 ut dicit affli.in.d.decisi.290. † & tale bannum nõ ligat clericos. cap. ecclesia sanctæ Mariæ de constitu. Sicut enim extra territorium bannum non habet suos effectus l fi.ff de iuri.om.iudi. ita & pari modo erga non subditos quando sunt iura quæ artant sæcus in his iuribus quæ prouident & consulunt ut per lapum allega.101 circa tredũ. Aut debetur uirtute consuetudinis antiquæ & minime debetur cum sit pœnalis quia in tali casu minime ualeret lex scripta contra clericos. d.c. ecclesia san-
22 ctæ Mariæ ubi docto. † Vtrum autem hoc casu teneantur pastores animalium clericorum ad pœnam uidetur quod non per tex.in.l.ii.circa fi.ibi ministeria.C.de episc.& cleric. & per tex.in.c.quanto de priui.hoc bene examinat Anto. de But. in.c. grauem de sen. excomu. & ibi Io.And. & concludunt pastores qui data opera hoc faciunt teneri licet Anto.ibi loquatur obscure hoc etiam concludit luca. de pen.in.l.ii. C.de naui. Excu. lib.xi. fely. hoc etiã secutus est in. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ col.5. & affli. in.d.constitu. Cum per partes col.4. retrũ dit se ad dicta per Lucam in.d l.ii. & uide aliquid per Ange. de Aret. institu. si quad. pau. feci. dica. reperi hoc etiam tenere nigrum de campa.in commentario quem facit in quodam temporali breue Clementis septimi pontificis in. 6. catt. Et te-
23 nendo hanc opinionem quæ uera est † responderi potest ad tex.in.d.l.ii.C.de Epi.& Cler.quod loquitur de his ministris & famulis qui sunt in perpetua familia & non de seruitoribus conductitiis ut declarat Fede. de Seni. in consi. 111. non obstat tex. in .d.c. quinto quia ibi procedebatur ad æmulationem contra ministros. Et in quantum in hac consuetudine cautum est quod stetur iuramento damnum passi hoc intellige quando ille esset homo omni exceptione maior ut per Antu.de Alexã.in.l qui accusare.C.de eden. & uide quæ dixi in.§.creditor supra in titulo de pigno.intellige etiam quod pars cõtra quam est iuratum potest contrarium probare ut dixi in.d.§.creditor ubi omnino uide Vincentius Maxilla.

EX QVO TEMPORE FRVCTVS REI INVAſæ debent reſtitui.



SI REM inuaſam eſſe coſtiterit antequam de dominio litigetur cū fructibus præſentis anni uel a litis tempore poſſeſsionem eſſe reſtituendam & longobardi iuris ſententia, & morum induſtria comprobatur hoc idem in poſſeſſore malæ fidei obtinente.

CIRCA Intelligentiam præſentis conſuetudinis uide ſupra in titulo de perceptione, fructuum & tam illa q̄ iſta loquuntur in poſſeſſorio.

IN QVIBVS CASIBVS TESTES NON ADmictuntur Rubrica.



CVM Debiti compoſitionographs nigentorum ſolidorū uel maior exprimitur nō poſſe id teſtibus approbari authoritate conſulitur antiquorum: In cauſis uero pecuniariis ſi debiti ſumma untiæ quantitatem exceſſerit ſolis teſtibus non poſſe conuinci hominum fides uaria manifeſtauit: Cum uero immobilium rerum de proprietate contenditur dominium iurgiū non poterit approbari præterquam ſi diuturnitate temporū pręſcriptione probabitur acquiſitum: Si uero de poſſeſſione contenditur, & alter ſe poſſidiſſe teſtibus edocuerit tunc eorum fidem admicti morū æquitate probatur teſtes autem & eorum dicta reſpuere cum in inſtrumentis in aliquo cōtradicunt cuiuſcunq; ſit ſummę quantitas de qua queritur contradictoriis iuditiis eſt obtētum: nam inſtrumenti prærogatiua uiuæ uocis teſtimonia ſibi non patitur derogare ſed ſi pactum aliquod contra inſtrumentum inducitur quamuis ad pacti probationem ſola teſtimonia nō ſufficiant pactum tamen nec aduerſarii ſacramento negabitur.

CIRCA hanc conſuetudinem uide quæ dixi ſupra de tex.in.§. licet uiuæ uocis & ſupra in tit. de fid.inſtru.in prin.& in.§.iure noſtro & ad ea quæ dixi me remicto non ſeruatur.

ADVERSVS BARENſes extraneum non audiri nec etiam in inſtrumento confecto ab extraneo Tabellione Rubrica.



IN CIVILI uel criminali negotio teſtes niſi Barenſes fuerint aduerſus quēquā Barenſium conciuium priuilegia non admictunt: Inſtrumentum uero ſi duarum untiarū ſummam contineat & uno teſte docebitur ſubteſtatū talis inſtrumenti recitatio ad probationem erit idonea: at ſi prædictam quantitatem exceſſerit eius tenor ad probationem non erit idoneus: Sed ſi per manus ſuſcribentium crucis tantum ſignacula pōſita fuerint in inſtrumentis donec teſtes aduixerint inſtrumenti huius ſeries in iuditiis obtinebit teſtibus uero in fata cedentibus ſic uigor ſuccumbit inſtrumēti quod nihil per ipſum poterit approbari: Tabellionis quidem extranei inſtrumentum niſi a Barenſibus fuerit ſubteſtatum ciuitatis noſtrę hominēs nō offendit: Sed ſi Barenſis erit notarius licet ſint teſtes extranei ad probationē ſatis erit idoneum: inſtrumenta ſiquidem dotalia ad matrimonii cauſam ſpectantia ut morgincapitis & meffii a quolibet notario ſcripta extraneis etiam teſtibus ſubſignata fidē faciunt congruentem priuata uero ſcriptura a quolibet cōfecta ſi a barenſibus fuerit ſubſignata inſtrumentum ſiue in aliud ſit emiſſa dum tamen extra prouintiam ſit confecta tenebit præter ſi teſtamentum præcedens uel alia ſcriptura publicis tabellionis appareat. Tunc enim priuatæ ſcripturę non ſtabitur.

PRINCIPIVM huius conſuetudinis concordat cum.§. extraneus teſtis ſupra de teſti. & ibi dixi in tex.ibi inſtrumentum uero, &c. concordat cum.§. ſi modica ſupra de fid. inſtru. & ibi dixi concordat etiam cum.§. ſed ſi inſtrumenti infra in titu.quod tempus præſta. ad obli. in tex. ibi ſed ſi per manus,&c.concordat cum.§.legalis ciuitas ſupra de fid.inſt.& plenius hic dicitur uide quæ ibi dixi in tex. ibi tabellionis quidem extranei, &c. concordat cum.§. inſtrumenta ab extraneis confecta ſupra de fid.inſtru.& ibi dixi in tex.ibi priuata

uero

uero scriptura.&c.concordat cum § necessitas supra de fid.instru & ibi dixi & nota q statutum potest facere q credatur priuatæ scripturæ de quo uide Io.Andr.& ibi docto. in c.i.de consu. & abb.in c.i. de probat. mari. socci. in consi. 28. sed in hac consuetudine in priuata scriptura requirebatur testium subscriptio.

QVALITER FILIVSFAMILIAS EX CONTRACTIBVS OBLIGETVR ET pater pro eo in delictis teneatur Rubrica.

60 ad dandum computum in terra Terlitii † quia rationes debent reddi in loco administrationis, ut l.1.& per totum.C.ubi de rati agi. opor. l.prætor §. is etiam.ff.de edend.l.hæres absens.§.1. ff.de iudi.& si conueniretur in loco domitilii libri essent asportandi periculo agentis secundum Paul de cast. in d.l prætor.§.sed hoc de edend.optime Soccin. in.d.consil. 149.& quid debeat continere liber rationum & qualiter sit reddenda ratio uide omnino

61 Soccin.in consi.190.lib secundo.† ¶ Quæritur utrum priuilegium ciuitatis brundusii opituletur de bitoribus ex causa dotis pro certo diceremφ non nam iura quantumcumque generalia non intelliguntur loqui in causis spetialibus, & habentibus spetialem fauorem glo est ordinaria ab omnibus approbata in.l sciendum in princ.& ibi Bar.& alii.ff. qui satisda coga.& in authentico de hæred. quæ ab inte.in uerbo uacantibus melius facit glos. in. l.iii. per illum tex.C.de silen lib.xi.cum concordantiis adductis per Fely. in.c.i.colu.7.de rescrip.si iura & leges generales non comprehendunt causam spetialem fauorem habentem multo minus priuilegium quod debet stricte intelligi quo ad tertios. l.fin. & ibi Doctor.ff.de constitu.princ.causa dotis semper & ubiq; est priuilegiata.l.i.ff solu matrim.facit dictum saly. in.l.i.C.de iur.doti. φ stante statuto, φ instrumenta si non fuerint registrata non ualeant non extenditur ad instrumentum dotis & licet dictum Saly. impugnetur a Philipp deciu.ut dixi supra in titu.de fid instrumento.in.§.instrumenta ab extraneis colu.si tamen comunis opin. est cum Sal. ut ibi dixi licet non transeat sine dubio si uolumus dictum generaliter intelligi in omni causa dotis uide quæ ibi dixi faciunt cumulata per Iaso.in.l.filius fam.§.diui.colu.5. in prima lectu.ff.de lega.primo & in l.quod dicitur.ff.de urrb.oblig.& per eũdem Iaso.in.l.i.colu.2.In.2.nota.ff.solu.matrim. Præterea tale priuilegium, non extenderetur in fauorem debitorum fiscalium quia in generali loquutione, non continetur persona loquentis. l. inquisitio. C. de solut. Pari modo nec contra dotem nam causa fisci, & causa dotis æquiperantur.l.2.C.de priuil. doti. esset. n. iniquum maritum sustinere onus matrimonii & non posse consequi dotes. Nec credo quod tale priuilegium opituletur fallitis dolosæ per ea,quæ supra dixi quod mercatores dolosæ falliti non habent miserabile cessionis beneficium.

62 † ¶ Quæritur nunquid uaxallus angarius & perangarius, alicuius Baronis grauatus, ære alieno possit effici ciuis Brundisinus inuito suo Domino uidetur quod non per textu.in constitutio. Regni quisquis de Burgensibus. §. æqualance & ibi glo. Andre.de yser & Afflic qui sint isti angarii, & perangarii uide late per Affli.in constitu. regni offitiales omnes & per Capiti.in decisi.115.& in decisi.168.

Quando aliquis cedit bonis quid debet sibi remanere secundū mores Barenses uide infra in titu qual. pos. adi hære. repud in. §. sed cum quis. & in § in exhæredatione.
Vincentius Maxilla.

SI DEBITOR PIGNORIBUS CEDIT QUALITER liberetur. Rubrica.



EBITOREM sine instrumento cedentē pignoribus liberari consuetudo in hoc legi contraria comprobauit at si cum instrumento debitum aprobetur & si malit pignoribus cedere minime liberetur.

CIRCA materiam præsentis consuetudinis dixi supra in alio tit. de pign. in prin.


SI QUIS PIGNORAT AUTHORITATE PROPRIA, QUALITER ALIIS CREDItoribus præferatur uel non. Rubrica.



VTHORITATE propria pignorātem & aliis creditoribus ante pignorationem credentibus minime præferendum innumeris authoritatibus declaratur imo pro rata temporis vel debiti tam ipse q̄ creditores alii ad huius pignoris participium prouocantur post pignorationem vero credentibus creditor qui pignorauerat præfertur.

QUIA concordat cum iure comuni nihil uenit dicendum possunt uideri tex. in. l. quæ autem. §. sciendū & quæ ibi habētur. ff. q in frau. credi.

DE NAUTICA PECUNIA. RUBRICA.



I pecuniam nauticam crediderit nauigandam licet simplex sit creditor licet merces ei non fuerint obligatæ cum tamen aliis creditoribus præferendum quibus generaliter: vel expressim merces fuerint obligatæ nauigātium priuilegia decreuerunt.

1 HAEC consuetudo uidetur cōtra tex. in. l. quā uis ea. C. de pigno. † quia si aliquis mutuat pecuniam & ex ea emitur fundus ille fundus non est obligatus nisi fuerit expresse obligatus licet hoc fallat in pupillo & in tutore mutuante nomine pupilli l. idemq;. ff. qui potio in pig habe. bene uerum si mutuans mutuando procuraret rem ex sua pecunia emptam sibi obligari in tali casu præferretur prioribus creditoribus l licet. C. qui poti. in pign. habe.
2 † sed ut dicitur in præsenti consuetudine hoc procedit fauore nauigantium facit tex. in. l. i & in. l. inter
3 dum cum. l. sequen. ff. qui poti. in pign. habe. † de eo qui mutuat ad refectionem insule uel nauis & pro cibariis nautarum & pro naulo qui præfertur anterioribus ratio assignatur in. l. sequenti, quæ incipit huius in princ. & hæc consuetudo est rationabilis nā si merces sunt emptæ ex pecunia a me mutuata cō ueniens est ut ego sim prior nam si non fuisset pecunia mea utiq; non fuissent merces pœnes debitorem & sic creditores non haberēt aliquam hypothecam. Sed quare non est sic in fūdo empto ex pecunia mutuantis. d l. quamuis ratio diuersitatis est quia si ego do pecuniam ad nauigādum ego illam do ut ex ea emantur merces & tu etiam accipis ea mente nā qui nauigat cum pecunia huius est propositi, & ita procedit tex. in. d. l. i. & in. d. l. interdum quia pecunia ad hoc fuit data ut īsula uel nauis reficiatur sed in. d l. quāuis ille creditor qui pecuniam mutuauit simpliciter mutuauit & nō mutuauit ad certū quid faciendum si ille qui accepit mutuo uoluit illā con uertere in emptionem fundi ille fundus non ē obligatus mutuanti nisi in casu in quo sibi prouidisset de speciali hypoteca super illa re. d. l. licet & ita declarat glo. in authentica quo iure. C. qui poti. in pigno. habe: & de hoc est uidere per Dy. & Bar. Alex. & communiter Docto in. l. si cum dotē §. si ff. solu. mat & ibi est uidere de. q si aliquis uendidit merces habita fide de prætio & tradidit, & emptor deinde decossit & fugit utrum præferatur anterioribus creditoribus uide Alex. in d. § si. col. si & tex. in. l. cre
4 ditor & ibi Iaso. ff. si cer. pet. † & ista consuetudo est satis bona in utilitatem negotiantium qui credunt cum simplici cirographo pecuniam mercatoribus nauigantibus nam non poterint ammictere pecuniam priuilegio anteriorarum hypothecarum.
5 † ¶ Sed utrum dispositio præsentis consuetudinis habet locum contra mulierem repetentem dotem, uidetur quod non nam Imperator in. l. in assiduis. C. qui poti. in pign. habe. præfert uxorem creditoribus habentibus anteriorem hypothecam secundū magis cōem opinionē deinde in autētica quo iure ibi posita dicitur q etiam pfertur habentibus anteriorem tacitam propter pecuniam datam ad emēdum uel ad reficiendum iuxta. d. l i. & l. interdum ut ibi dicit glo. unde licet hæc consuetudo generaliter loquatur q nautica pecunia de qua sunt em-
6 ptæ merces præferatur omnibus anterioribus tcū

sic

fit ius singulare & nouum recipit interpretationem a iure antiquo.l.non est nouum.ff.de legi.Et debemus credere q ex sua generalitate non corrigit ius antiquum.Sicut enim dans pecuniam ad effectum emendi uel reficiendi aut redimendi praefertur omnibus anterioribus creditoribus excepta muliere .d.authentica quo iure jia & pari modo uidetur in praesenti consuetudine & q mulier praeferatur mutuanti ad rem emendam tenet Bart.in.l.interdum ff.qui poti.in pign.& ibi docto.ripa in.l.priuilegia nu.63 ff.de priui credi . Sed in ciuitate Bari uidetur q hoc nõ habeat locum per tex.in.§ fi. infra in titu.solu. matri. ubi dicitur q dos non habet tacitam hypotecam nec alio priuilegio se tuetur, sed aduerte: quia ille tex. loquitur de hypoteca q mulier non habet tacitam hypotecam secus quando mulier habet expressam & nota ex litera praesentis consuetudinis rem miram q actio personalis praefertur hypotecae in specie an & quando una actio personalis praeferatur aliae & quando habeat locũ praeuentio uel concursus uide glo.Bar. & doct.maxime ripam in.d.l.priuilegia Vicentius Maxilla.

SI EX TESTAMENTO AGATVR RVBRICA.



VM Quid ex defuncti iuditio postulatur si scripturam non appareat probatio testium reprobatur . Nec si haeredis fidem eligat debet sacramentum negari tunc heredis sacramentum eligitur cum illud a testatore dicitur audiuisse. Tunc enim heres sibi iudex & testis eligitur merito ipsius sacramento legitimo defenditur quòd nihil tale a testatore audierit.

IN Titu supra de test.in.§.licet uiue uocis de hoc habetur ibi dum dicitur si ex testamẽto agatur
1 &c.& ibi posui multas fallen.† haec tamen consuetudo non haberet locum in testamento cõdito ad pias causis.c. cum relatum &.c. cum esses de testa. .l.1.C.de sac.san.eccl.cum tempore pestis fuisset factum testamentum per notarium apostolicũ cuius scriptura non probat in regno ego sui usus cautela de qua per affli.in constitu.regni instrumentorũ robur col.7.nã procuraui q omnes testes qui interfuerant qui erant ultra septem examinarẽtur & deponerent de tota uoluntate testatoris prout continebatur in scriptura illius notarii apostolici & de sollẽnitate & de inde feci eam publicare & inde authoritate iudicis scilicet.q.magnifici domini pellegrini de barulo.V.I.D praeclari qui erat capitaneus tunc temporis Bari feci extrahere publicum instrumentum a notario Regio & haec omnia fuerunt facta citatis his quorũ interetat & nõ poterat op-
2 poni de hac consuetudine † nam producendo scripturam notarii apostolici & testes ad eam proban

dam est quaedam mixta probatio quae non reicitur stante praedicto statuto ut per Bal.& docto.in.l. certi cõditio.§.quoniam.ff.si cert.pe ta dixi in.d.§. licet uiuae uocis.In tex. ibi nec haeredis fidem eligat, &c.consuetudo in hac parte loquitur de iuramento iudiciali de quo in .l. manifeste turpitudinis .ff.
3 de iur.iur. † quod non potest recusari quando legatarius haberet testes & non posset obstante statuto probare per testes: quia esset in casu quo actor nihil probaret posset deferre tale iuramentũ ut per Pau.de cast.Alex Fran.de aret.& Iaso.in.d.l manife-
4 feste. † Sed hoc reciperet limitationem quando uerisimiliter haeres esset ignorans nam quando quis ingnoraret possit recusare secundum saly.in.l.fi.cũ glo.C.de fideico meminit Iason. in d.l. manifeste col.3.sed subtilis socci.in consi.184.in lib.ii.plene examinat intellectum.d.l. manifeste & concludit contra Pau.de cast.Alex. & docto.multa subtilia suo more de ducẽdo & põderando bene omnia per eum dicta eius opinio uidetur magis iuridica.

DE EMANCIPATIONE RVBRICA.

SINE Instrumento non posse emancipationem probari innumeris authoritatibus constat esse consultum.

VIDE QVAE dixi supra in alio titulo de emancipatione.

DE DILATIONE RVBRICA.




N PERSONAM uel in rem actio dum dirigitur dierum octo inducias in ius uocatis cõsuetudo largitur: At si conuentus authorem idest guarentem laudauerit dierum triundilatio, ut authorem exhibeat condonatur : Verum si cum authorem laudauerit, non fuerit protestatus, ut si author per se non uenerit per curiam in iuditium ueniat & defendat post diem tertium nullatenus per authorem poterit se tueri ut si protestando reseruauerit ut si author per se non uenerit cogatur per iudicem & tunc post diem tertium authoris sui defensio prodest si tamen infra tres dies qui authorem nominauerit in iuditiũ uenerit & per se authorem non posse ducere allegabit: Si autem utraque pars iactauerit se rationibus prae-

munitam uel renuntiare eas cogitur uel probare: Sed si rationes inuenire se dicat nec renuntiare nec probare tenetur: in delictis quidem conuentus in præsenti cogitur respondere nec ulla dilationis beneficia condonantur. Sed si quis in Siriæ Alexandriæ, uel Constantinopolis partes præsto fuerit nauigare infra dies octo proximos sui motus nullis restringitur actionibus rñdere.

CIRCA Materiam huius tituli multa dixi supra in alio titulo de dilationibus, & ad ibi dicta me remicto.

DE ALEAE LVSV RVBRICA.



SI IN Lusum aleę pecuniã cõstiterit mutuatã nec debitum peti: nec pignus posse retineri ludentium ordo reprobus iudicauit.

NON Videtur reprobus cum hoc iudicauit.
Dicas ꝙ ordo reprobus ludẽtium iudicauit
si fecit sic statuere quasi dedit cãm ut sic iudiceturt
1 nam aperit hic tex. a quo mutuatur pecunia † nam
si mutuatur a con lusore uel a retinente ludum certũ
est ꝙ pecunia mutuata repeti nõ potest ut dicit
glo. io. l. i. in prin. & io. l. fi. i uerbo accepit pecuniã
. ff. de aleat. Si uero mutuatur ab alio potest repeti
ut dicunt prædicti glo. & est optima glo. in. l. ꝙ si
minor. §. restitutio. ff. de mino. uoluit azo. in summa
de religi. & habetur in. l. si quis cum sciret & ibi
Bar. & Albe. de rosa. ff. de usuca. abb. in. c. clerici de
uit. & hone. cleri. Sed io. And. in addi. ad specu. in
Rub. de obli. & solu. in prin. distinguit ꝙ aut tertius
mutuans sciebat mutuare ad ludum & hoc casu
non potest repetere aut nesciebat & repetit & hãc
distintionem facit Ange. de Aret. licet nullam de
io. And mentionem faciat in tracta. malefi. in uerbo
meritodore de mali dadi in uersi. quarto aduertas
& pro certo ista uidetur bona distinctio, nam
2 dat pecuniam cõsumpturo † maxime quia nõ potest
quis etiam in ludo permisso ludere ultra unum
solidum ut in. l. alearũ. C. de religi. & sump. fune.
si mutuaret decem uel uiginti uidetur cõtra legem
fecisse saltim auxiliando: Sed cõmunis conclusio
se habet cum glo. ut si mutuetur ab alio quã a tenente
ludo uel a collusore repeti possit quod etiam
uoluit imo. in. d. l. si quis cum sciret & dicit ꝙ regulariter
quicquid mutuatur in ludo restituitur.
† fallit in quatuor casibus primus casus est si mu-
3 tuans sit collusor secundus si sit aleator qui tenet
ludum tertius si mutuatur minori ludenti quartus
si sibi bonis interdictũ sit. Et ita etiã tenet Augusti.
anim. in addi. ad ange. in. d. uersi. quarto aduertas
&c. Si uolumus intelligere hanc consuetudinem
scriptam, taliter nihil adderet iuri cõmuni & esset
4 superflua iuxta illud † frustra precibus impetratur
quod iure communi conceditur. l. uni. C. de The-
5 saur. lib. § i. unde tenerem † ut hæc consuetudo aliquid
operetur ultra ius commune pro ut operari
debet secundum Bar. in. l. ii. ff. de usuca. & in. l. 4. §.
prætor ait. ff. de dam. infe. quod etiam loquatur in
tertio mutuante quãdo scit mutuare ludenti iuxta
distintionẽ io. And. & Ange. de aret. supra traditã.
Et in quantũ supra dictũ est, quod accipiens pecuniã
mutuo a collusore uel a tenente ludũ non tene-
6 tur † hoc fallit. si finito ludo ex interuallo per stipulationem
promictatur de nouo uel se obligauerit
apud acta ita io. And. in. d. Rub. refert & sequitur
7 agusti. in. d. addi. † ¶ Sed queritur si accipiens pecuniã
mutuo non perdiderit an teneatur restituere ui
detur quod non quia ille qui mutuauit nõ mutuauit
consumpturo in genere ad plures usus sed mutuauit
consumpturo ad certum usum in specie &
in ludo sicut dicimus de eo qui mutuat pecuniam
in scorta & sic ad certum usum qui nõ repetit. d. l.
si cum sciret & ibi docto. Sed Bar. ibi distinguit ꝙ
accipiens mutuum in ludo aut perdidit & non tenetur
restituere si non perdidit tenetur non obstat
quod dicitur de mutuante ad scorta quia in tali casu
mutuabat omnino consumpturo, sed mutuans
ad ludum non mutuat omnino cõsumpturo quia
poterat etiam uincere & de hoc est uidere per Alex.
in. l. si cũ dotem. §. si post solutũ col. i. ff. solu. matr.
8 † ¶ Est sciendum ꝙ sunt plura genera ludorũ quidam
enim fiunt uirtutis, & agilitatis gratia ut in
exemplo in saltando incurrendo hastiludendo luctando
telum aut saxum proiciendo & his similes
ii enim ludus sunt permissi ut patet in. l. solent. §.
senatus. ff. de alea. & in. l. qua actione. §. si quis in
colluctatione ff. ad lege. acqui. l. i. & ii. C. de spect.
lib. xi. Et in isto genere ludorũ est ludus pilæ paruę
9 & magnæ. † Et ad hoc diuerticulũ sceuola pluries
animũ suum forensibus casis fatigatũ transferre solebat
ut tradit Valerius maximus in lib. 8. in titu.
de ocio. quandoquidẽ continui laboris hominẽ natura
patientem esse non finit. Et in hoc genere ludorum
est ludus mallei cũ pallis ligneis & isti ludi
sunt omnino permissi. Sunt etiam quidã ludi pueriles
ut ludere cum nucibus cũ castaneis æquitare
arundinẽ loco equi. Et isti ludus non solũ a pueris
sed etiã otii & recreationis causa a maximis uiris
10 legimus facti † nam legitur in eodẽ luco apud Valerium
ꝙ Scipio Africanus & Lelius amicissimi in
littore solebant conchas calligere & cũ eis ludere
11 & Socrates arundinẽ æquitabat cum pueris. † Et
& aliud genus ludorũ quod consistit in solo ingenio
ut est ludus scachorũ & iste ludus est etiã permissus
etiã clericis ut dicunt docto. in d. c. clerici.
Sed certe talis ludus est perniciosus scolaribus. &
possum deponere in facto proprio quia dum eram
scolaris Neapoli in anno. 1523. & 1524. ludebam
ad scachos cũ magnificis dominis Gualtero
de casa maxima & Marco Antonio carrectono de
Baru contemporaneis meis ita distrahebat me ille
ludus ꝙ quãdo recedebam a ludo ingeniũ erat ita
defatigatũ ac si per illud tẽpus studuisse unde defatigatus
& nõ recens reuertebar ad studiũ. Et propterea
laudo ꝙ scolares fugiant talem ludũ quia
consistit in ingenio et ingeniũ defatigatur ac si studeretur


deretur

12 derent melius est q in aliis se exerceant †Sunt etiam
quidam ludi qui consistunt in mera fortuna & isti
proprie uocantur ludus aleæ ut dicit azo in sum-
ma de religi. & odosie. in. d.l.i. de alea. Et potest
exemplificari quando luditur ad dados in punctis
uel ad cartas ad ludum qui dicitur ad chiamare &
etiá ad primeram Et quando solú consistit in for-
13 tuna est omnino prohibitus. †Sunt etiá quidam lu
di mixti qui consistunt in fortuna & in ingenio ut
est ludus cartarú nam multotiens quis habet bo-
nas cartas & ammictit ludú quia nescit ludere sic
audio de ludo tabullarum quando ludus omnino
consistit in fortuna est omnino prohibitus & qui
uincit tenetur in conscientia restituere pecuniá ui-
cto uel si ignorat cuius fuit pecunia tenetur erroga
re in pauperes ut dicunt docto.in.d.c.clerici & ha-
betur per Ange. in .d, uerbo meritore de dadi ubi
14 multa in materia & ibi augusti. in addi. † Sed ui-
detur q ludus in quo fortuna uersatur nó sit pro-
hibitus quia possum promictere tibi puta decem
sub códitione depédente a fortuna ut puta si nauis
ex Asia uenerit .l si quis ita stipulatus fuerit .ff de
uer.obli ita ét uidetur q possim tibi promictere de
cem si plura puncta taxillorú a fortuna habueris
q ego & hoc tradit sanctus Thomas de Aquino in
secunda secundæ.q. 32 .articulo.7.quem referunt
imo & docto.in.d.c.clerici & Phil. Deci. in consi.
315 .col. 2 .quicquid sit iura ciuilia reprobát pro-
pter mala quę inde sequuntur unde tex.in.d.l.alea-
rum dicit q alearú usus antiqua res est tamen in
tépore prodit in lachrimas. Et propterea fuit opus
15 q prohibeantur. † Et in regno per constitutionem
quæ incipit mores disolute in titulo de aleato. est
statutum q ludentes ad ludos prohibitos siue sint
iudices siue aduocati siue milites efficiuntur infa-
mes unde repelluntur ludentes in tali ludo prohibi
to a testimoniis unde non sufficit aduocato ad re-
pulsandú testem facere articulum q testis est lusor
cartarum . etc. Sed opus est articulare et probare
q est lusor ludorú omnino prohibitorum nam et
magnates etiá ludunt ad cartas et ad dados nó ta-
men ad ludos consistentes in sola fortuna. Et si fa-
16 ciunt male faciunt. † Adde etiá q in ludo promisso
non potest ludi nisi usque ad summam unius soli-
di.i.aurei ut habetur in.d.l.alearú et potest etiá lu-
di causa uescendi ut.l.si. in prin. et ibi glo. de alea.
Et multa alia circa ludum uide per pari. de put. in
tracta. de ludo et per Maria. socci. in.c. inter dile-
ctos de exce. prælato. ubi format.xix.q. et per Io.
17 Bap. Cazialup. in tracta.de ludo. † ¶ Quæro de
quæstione quę pluries occurrit in facto quidam ex
iracundia uel pœnitentia dixit amico suo ego paci
scor tecum q si ante hac ludam dabo tibi decem
utrum ualet istud pactú uel stipulatio si per modú
stipulationis esset factú Bar. in l ex ea Parte. §. mu-
lier ab eo.ff.de uer.obli.tenet q sic & eum sequitur
Fran. de Aret. ubi colligit q quando stipulatio fit
et honesta causa debetur etiam si non intersit stipu
18 lantis, & ibi per Iaso. † ¶ Quæro duo acepta cer-
ta quantitate pecuniæ pro quolibet puta centú fe-
cerunt pactú q quousque alter ipsorú non ammi-
serit totú non liceat discedere utrú ualet istud pa-
ctum dic q non tex.est secundum Ange. & Pau.de
Cast.in.l.iurisgentiú.§. prætor ait ff. de pact. & ibi

19 Iaso. † ¶ Quæro utrum acquisitum in ludo possit
in conscientia retineri imo dixit q si aliquis con-
tra eius uoluntatem quasi coactus lusit potest re-
tinere ita dixit in.d.c.quia plerique col.ii.de im mu.
eccle. Sed cómonis opi.est in contrariú ut per doct.
20 in d.c.clerici. † Immo singu. dixit Saly.in.d.l.alea-
rum q si aliquis perderet pecuniam & ille qui uin-
cit uellet restituere si uictus iterú donaret uincenti
dicédo ego uolo q sit tua adhuc cú bono conscien
tia non potest retinere, sed debet erogare pauperi-
21 bus † immo tenent Theologi ut refert Iaso. in.d.§.
prætor ait q si qui perderet sua bona uno nummo
excepto si cú illo númo recuperaret bona sua ad-
huc tenetur restituere & hoc dixit glo.in.l.si minor
xxv. annis filiosam.ff. de mino. refert etiam Iason.
in.l. singularia col. 8 .ff. si cer. peta.. Ego credo q
hoc procederet quando ille qui cú illo nummo uel
parua pecunia sibi remansa recuperaret ex interual
lo téporis tantundem quantú perdidit a pluribus
& diuersis personis quia hoc casu non recuperaret
in specie quod ipse ammisit, sed si in uno & eodé lu-
do aliquis a principio perderet omnia uno núm o
excepto & cum illo númo in continenti a colluso-
re recuperaret, quia in tali casu recuperat in specie
22 suum tenetem q non tenetur restituere. † ¶ Quæ-
ro sunt duo iuuenes ponunt in posse tertii puta .xx.
aureos quilibet ipsorú decem ut qui uicerit in certo
ludo proposito cósequatur totú unus illorú luden
do uicit alterú utrum ille tertius potest dare uicto-
ri totú dicunt docto. q aut ludus cósistebat in for-
titudine & agilitate corporis & in uirtute sicut di-
cimus in ludo hastæ saltando currédo luctando &
similia & hoc casu tenetur actione præscriptis uer-
bis si uero ludus non est permissus quia consistebat
in fortuna & hoc casu nó tenetur tex. est & ibi glo.
in.l.si rem tibi inspiciédam §.si.in uerbo uictori.ff.
de præscrip. uerb. & ibi Iaso. nec est facienda uis in
eo q sunt decem aurei cú nó nisi unus aureus tan-
tum in ludo poni possit.d.l.alearú nam in hoc ui-
detur q consuetudo sit in contrariú, sed pro certo
uidetur q ille depositarius non debet hoc quærere,
sed restituere depositú uincenti quia ad hoc se obli-
23 gauit. † Et not.ex illa glo. q si facto deposito unus
paratus est ludere & alter nó uult is qui per eum nó
stat debet habere depositú quasi uictor. Et illa glo.
24 facit pro duellantibus. † ¶ Verum filii possint re-
cuperare ea quæ pater perdidit in ludo. Bal in.l.i.
C.si qui.in Iicau.patro.dicit q si ludus fuit illicitus
possunt recuperare usque ad legitimá secus in ludo
licito sequitur Iason. in.d.l. si rem uidetur mihi q
possunt totú per.d.l. alearum quæ loquitur clare,
nam etiam in ludo licito nó potest quis ludere nisi
usque ad solidú. Et nota q licet omnis præscriptio
terminetur tempore annorú.xxx.uel.xl. tamen pe-
cunia in ludo ammissa recuperatur usque ad quin-
quaginta annos.d l.alearú. Et si uictus non recupe
rat potest episcopus uel fiscus recuperare uide gra-
ma.in decisi.40.ubi ponit aliqua specialia in ludo
25 † ¶ Ponamus q capitaneus fecit bannum q qui-
cunq; luserit ad cartas pro qualibet uice soluat un-
tiam unam pro pœna quidam lusit tota una die cú
pluribus modo uincendo modo perdendo utrum
dicatur pluries lusisse Bar.in.l.inficiádo.§.ir fans.ff.
de fur. dicit q pro uno ludo accipitur sequitur

Ang. de aret. in. d. uerbo mettidore de dadi in uersi. quarto si statuto & hoc affirmat Socci. in cōsi. 3 3. col. 3. in lib. i. Sed August. arimi. ibi in addi. limitat tribus modis ut ibi est uidere ad prædicta faciunt cumulata per Boeri. in decisi. 2 1 9. in qua ponit An & quando dicantur unum uel plura furta. Et per Baccho. Crpo. in authētica. Sed nouo iure col. 1 1. nu. 7 2. C. de seru. fugi. quæ meminit niger de campanea in commento capituli regni ad hoc nu.
26 79. † Et nota quia domus in qua tenetur ludus debet publicare & in materia ultra dicto. in locis prædictis uide imo. in. d. l. si quis eū fecerit. & hosti. in summa in titu. de excess. prælato. uersi. clericus & in summa de peni. §. 1. uersi. quid de lusoribus. &c. Quid differt ludus a ioco dic φ ludus consistit in actu sed iocus in uerbis mari. Socci. in consi. 1 6. Vincentius Maxilla.

DE LITIGIO-SIS RVBRICA.



VM Simplex postulatio in iuditio fuerit celebrata, uel actionis forma sit in iuditiis demostrata nihil in præiuditium creditoris de bonis suis alienare conceditur. Quare si res mobilis alienata fuerit, & petitori non fuerit satisfactum si debitor mobile non habeat ut cū creditori satisfiat alienatam rem tanquam iure pignoris petitor poterit occupare. At si rem soli alienationis titulo in alium transtulerit rem uenditam uelut obligatam si satisfactū non fuerit creditori permittitur aduocare. In iudiciis enim facta postulatio talem circa res debitoris sortitur effectū qualem si debitoris arbitrio res propria obligata sibi fore monstretur.

HAEC Consuetudo uidetur potius conueniens edicto de his quæ in fraudem creditorum quā titulo de litigiosis, nam uult φ eo ipso φ quis est conuentus in iuditio φ non possit in fraudē creditoris, & petitoris alienare & φ omnia bona censemur obligata ac si debitor expresse obligasset. &
1 est satis utilis hæc consuetudo. † Circa materiā litigiosi in regno habemus constitutionem quæ incipit eorum fraudibus quę prouidet iam circa edictum de alie. iudi. ca. fact. quam circa uitiū litigio. & ultra dicta ibi per Andr. fuit optime commentata per afflic. † Item etiam habemus capitulū regis
2 Caroli quod incipit conuentus possessione & uult φ si res litigiosa fuerit alienata siue sciēti siue ignoranti φ iuditium finitur in personam conuenti, & exequutio fit contra posidentem per qualecunque manus ambulasset etiā non citato ipso tertio possessore ut concludit affli. in. d. constit. eorū fraudi
3 bus col. ii. in. 4. not. † Nam si citaretur super iuditio moto contra alienantē & possessorem citatum non esset dubiū φ sententia lata contra principalem posset exequi contra tertium possessorem citatum ut probatur in. l. cum miles §. si is qui & ibi glo. & Barth ff. ex. quib. ca. maio. Et post Iaco. de Raua. in. l. i. C. de aduo. diue. iudi. Bart. in. l. filiusfam. §. diui. q. i. ff. de laga l. Bal. in. l. ii. C. de libe. ca. Alex. in. l. sępe col. 2. ff de re. iudi. Pau. de cast. elegan ter dixit in. l. cum filius in prin. ff. de uer. obli. φ fecit remanere consulum unum magnum aduocatum qui nō considerabat uirtutem talis citationis & ibi concludit φ sententia lata contra unum mittitur exequutioni contra tertium possessorem citatum & φ ita obtinuit per tres sententias consortes sequitur Phil. Deci. in consi. 1 8 7. col. ii. Et ex dispositione. d. capitu. Conoentus redditur frustratoria cautela Ange. tradita in authentico de litigi. in prin. de qua meminit Cepolla in tracta. caute. nu. 3 4. ubi uoluit φ stante lite de aliqua re illa res posset uendi ab uno tertio non litigante, nam illa lis quæ est inter actorem & conuentū nō afficit alios extraneos ut not. in. l. i. uer si. non poterant. ff. de litig. nam exequutio fit contra quemlibet possessorē etiam non citatum ut dictum est Vinc. Maxilla.

DE CAVTIONIBVS RENOVANDIS RVBRICA.



VM Instrumenti amissi in patria per iudicem renouatio postulatur si uiginti annorum curricula, sint excessa, siue simplex, siue cum antepositione sit cautio postulari non aliter poterit nisi solus iurans prætenderit & in patriæ calamitate fuisse deperditum & cum inuentum fuerit annorum. xx. cursum expleuerat. At si res instrumento mutui domus ante ciuitatis dextructionem fuerat impignata iacente patria debitū non poterat postulari: nisi creditorē constare poterit impignatam domum minime tenuisse. Si uero antepositio fuerit quandocunque debitum poterit postulari antepositionem costante patria tenuisse. Tunc enim sicut supra notauimus restitutionem patriæ debitum expectabit. Si instrumentum debiti dicatur esse deperditum licet scęda appareat nulla tamen instrumenti renouatio poterit postulari nullum φ ius post instrumenti confectionem per apparentem

parentem scędam sibi audeat uendicare nisi forte sciente iudice in curia sit deperditum instrumentum. Tunc enim authoritate iudicis renouatio uim obtinet præcedentis, ac si de stabili non in curia proponatur ammissum si ille qui instrumentum ammiserit in rerum possessionem fuerit iuramento legitimo præstito q ammiserit instrumentum ostensis abreuiaturis iudicis offitio renouatur: Si uero possessionem rerum non habeat licet scęda appareat nulla tamen renouatio poterit a iudice postulari nulla ex ea poterit probatio demostrari nisi ut dictum est in iuditio deperditum dicatur. Tunc enim per iudicem sicut in re mobili renouatur: Sed si obligatæ dotis instrumentum dicatur esse deperditum nisi epigraphium appareat speciale censura per apparentem scędam licet iam factum fuerit renouatur iuramento tamen præstito q dotis ammiserit instrumentū. At si de ammissis apochis quæstio referatur debitore iurante q ammiserit apocham per uidentem scędam iam ammisisse renouatio indulgetur: Sed & tabellione mortuo qui scribere debuit instrumentum abreuiaturis ostensis iudici per alium notarium authoritate iudicis reformatur si annorum. xx. transcurso curriculo cautio hipotecam continens non fuerit reuocata licet transcursione tẽporis petitio debiti sit exclusa: Si tamen creditor possideat hipotecam petentem dominum, uel dominium nisi debitū offeratur remouebitur saluo tamen in omnibus quod de instrumentis ammissis in patria supra notauimus.

ISTA consuetudo concordat in aliquibus cū. §. omnis debiti cautio supra de fid. instru. & uide cum quanta distinctione & moderatione processerunt antiqui patres circa renouationem instrumẽti deperditi, nā dicit Bar. in. l. huiusmodi. §. si ita. ff. de lega. i. q amissio instrumenti probatur iuramen
1 to † hoc est uerum quando tractaretur de modico præiuditio ut quia posset aliter consuli aduersario & quando iurans esset persona honesta, & essent coniecture pro eo tunc procedit dictū Bar. per tex. in. l. Thesaurus. ff. ad exibe. alias opus est q ammissio instrumẽti formiter per ueras probationes probetur ita Alexan. in. d. §. si ita & ibi Iason. col. 3. Bart. Alexan. Iason. & communiter docto. in. l. si quis ex argentariis. §. penu. & si. ff. de eden. Vincentius Maxilla.

SI VICINI ARBOR IN VICINI FVNDVM IMPENDAT VEL RADICES immictat Rubrica.



CVM Titii arbor sic terram Meuii præsserit, ut in eius fundum radices miserit nostræ legis in hac parte rigore post posito solus titius arboris dominus perseuerat in confinio uero plurium titii arbore constituta cum in alienum fundum impendat si per se & operante natura nata fuerit decaluare uicinus non poterit: Et si titius in uicini fundum fructus uelit colligere tam prætoris edicto quam moris permictitur uetustate: At si hominis artifitio plantatam monstretur, & in uicini fundum impendiat totum quod impendit in uicino libere permictitur decaluare nec fructus si in uicini fundum impediat sicut in superioribus colligere poterit nisi annorum. xxx. curriculis fructus clamauerit colligisse.

DE IVRE Ciuili si arbor titii egerit radices in terram Meuii arbor intelligitur Meuii ut est tex. in. l. adeo. §. si. ff. de acqui. re. domi. & in. §. si
2 titius institu. de re. diui. † Sed hoc intellige quando omnes radices egerit in terram Meuii ut declarat glo. in. d. §. si titius in uerbo radices & sic debet intelligi quod dicitur in præsenti consuetudine: Sed si habeat stipitem in fundo titii licet habet partem radicum in fundo meuii adhuc arbor est titii quia ducit originẽ a fundo titii & ita intelligo tex. in. l. si plures. §. si. ff. arbo. fur. cesa. per præsentem consuetudinem solum hoc uenit emendatū quia licet egerit omnes radices in fundo meuii dum tamen stipes habeat originem a solo titii est titii quod non
3 fuisset de iure Romano. d. §. si. & d §. si titius. † Qui plantat oliuam uel ficū nouem pedes debet se elongare a finibus uicini si alias arbores plantauerit per duos pedes ut legitur in lege græca, quæ est. l. si. ff. fini. regu. unde si aliquis plantauerit in confinio arbor erit cōmunis ut. d. §. si titius secundum præsentem consuetudinem non sed erit illius ex cuius fundo stipes oritur licet radices sint in fundo uicini & propterea non permictitur decaluare. i. succidere ramos impendentes ut permictebatur de iure cōmuni. ff. arbo. ceden. intellige quando arbor est sponte nata, sed si ibi est plantata poterit excidi & sic habet locum quod dicitur in. l. i. ff. arbo. ceden. ut si rami non subleuentur a solo per quindecim pedes quando dominus non uult excedere uicinus poterit & etiam ligna accipere † in ciuitate Neapolis est consuetudo quę incipit si arbor uicini sub. tit. de glan.

lege. quæ uult q si arbor uicini impēdat supra fun
dum domum uel aream uicini dominus potest in
cidere & si dominus noluerit uicinus in cuius fun
dum uel domum impendit potest incidere & si nō
uult fructus prouenientes ex ea erunt cōmunes, &c.
in tex. ibi ex edicto prætoris. l. uni. ff. de gla. lege.
Vincentius Maxilla.

QVALITER VECTIGAL VENDITVM INTER BAIVLOS DIVIDATVR

& quando uenditio dicitur contrahi Rubrica.



SI MEAE Baiulationis tempore res fuerit comparata uel arre fuerint præstitæ uel instrumentum appareat emptionis licet res fuerit tradita cum alius administrat uectigal tamen inter me & alterum pro rata diuiditur uenditionem uero solo consensu factam non tenere nisi factum fuerit instrumentum uenditionis uel arræ fuerint præstitæ ueterum constitutionibus declaratur.

PRINCIPIVM Huius consuetudinis intelligitur ponamus q in fine mēsis augusti me
existente baiulo fuerit factus cōtractus emptionis
& uenditionis aliquarū rerum de quibus erat sol
uendum mihi baiulo uectigal in Calendis Septem
bris intrat alius baiulus & res quæ fuerunt uendi
tæ tempore meo fuerunt traditæ. Tēpore alterius
baiuli hic dicitur q in tali casu uectigal debet diui
di † statuentes hic fecerunt more rusticorum, ut di
1 cit glo. in. l. nesennius. ff. de nego. gest. qui. quando
habent aliquam differētiam diuidunt rem per me
dium quid dicendum de iure circūscripta hac con
suetudine dicerem inspicienda esse uerba capitulo
rum uectigalis & gabellæ, nam si diceret gabellam
solui debere a uenditore per contractu † q statim
2 q conuentū est de certo prætio contractus est per
fectus. §. prætium insti. de empt. & uend. si uero uer
ba dictarent q solueretur a domino rei emptæ † quo
3 usque non fuerit sibi traddita non potest dici domi
nus rei. l. nunquam. ff. de acqui. re. dom. l. traditio
nibus, C. de pact. § per tradditionem institu. de re.
diui. † in hoc dubio autem gabella debet solui ab
4 eo qui acquirit, ut est tex. in. l. debet in fi. ff. de edil.
edic. uoluit Bal. in. l. si prædium. C. de edil. edi. saly.
in Rub. C. de reb. Cred. Socci. in consi. 247. lib. ii.
& uide eundem Socci. in cōsi. 70. in. fi. lib. 4. & per
Boeri. in. q. 5. circa fi. in uersiculo uenditionem ue
ro consuetudo declarat quando dicitur facta uen
ditio & dicitur q tunc dicitur facta uenditio quan
do fuerunt datæ arræ uel factum instrumētum de
ipsa uenditione si uero non erit alter prædictorum,
licet uenditio fuerit facta consensu cōtrahentiū nō
dicitur facta & sic si in tali casu in fine mensis augu
sti fuerit facta uenditio solo consensu & in mense
Septembris fuerit facta tradditio totum uectigal
spectat ad baiulum qui est tempore traditionis. in
5 tex. ibi uel arræ fuerint præstitæ, &c. hoc ideo † quia
præstatio arrearum est argumentum uēditionis. l.
quod sæpe. ff. de contrah. empt. insti. eo. tit. in prin.
Potest tamen a contractu discedi datis arris per re
stitutionis duplicationis ipsarum institut. de emp.
& uendi. in prin. uide quæ dixi in. §. uenditor supra
de iur. protho. Vincentius Maxilla.

CVM QVIBVS SIT IVDICANDVM RVBRICA.



CVM OB Hominum differentiam introductum sit iuramentum si aliquem contingerit iuraturum si summa de qua queritur minor octo ducalium reperitur dexteræ sacramento finitur: nam si octo ducalium, uel maioris summæ questio referatur dum tamen medietatem untiæ nō excedat solius iurantis sacramento super Euangelium terminatur mediæ uero untiæ uel maioris quantitatis summa dum quæritur, & iurabit in Euāgeliis tertius & unus coniurantium in sacramenti obligatione pulsabitur mulierem uero sua manu iurare debere, & nec ipsa aliis nec alius ei posse pulsare ueterū decretis obtinuit hoc idem in extraneo obtinēte: Si uero clericum iurare contingerit iurabit solus & sibi dabitur unicum iuramentū. Sacerdos uero prærogatiua ordinis per personā subpositā faciat iuramentum hoc idem in iudice obtinente alii manu propria se defendent. Et si obligationis tempore proximum non pulsauerit illum postmodum non posse petere tam legum sententia quàm morum æquitate probatur in his autem si quem solū contingerit iuraturum deliberationis tempore non indulto in præsenti iurare cogitur quod negauit, sed cū iuratoribus diei tertiæ deliberatio condonatur q si iuramentum præstitum non esse clamauerit si is qui iurare debuit infra annū sacramentum facere iudici ut debuit se minime præsentauit.

Et qui

& qui recipere debuit infra biennium se recipere demonstrauit qui recipere debuit absque iuditiorum strepitu obtinuit cum autē qui iurare debuit paratus iudici infra annū accesserit absq; iuramēto deuicit sed si vterque infra annum ostenditur neuter in causa succumbit cum vero qui tertius iurare debuit tempore constituto iuramentum faciendi ostenderit se paratū & qui recipere debuit eodem constituto se iudici minime præsentauit solus & non cum sacramentalibus qui paratus est in constituto venerit in odiū aduersarii iuramentum prēstabit cumq; spetiali priuilegio Rauallenses possunt delatū eis iusiurandum referre sic & alius censura pari & æquitate simili datum sibi rauallēsi refert iuramentum: At qui in curia baiulo & iudice præsentibus authoritate propria non iudice vel baiulo permictente in euāgeliis iurauerit vnius regalis iactura cuius sūma sexdecim ducaliū taxatiōe taxabitur ferietur.

HAEC consuetudo fluxit ab illa fęce iuris Lōgobardi ut patet ex. l. si qualiscunq; causa in titu. qual. quis. se. defen. debi. nam ibi habetur de sacramentalibus & inde extracta fuit hęc consuetudo
1 † & sacramentales erant ex consanguineis ex parte patris non autem matris & in regno Poloniæ cum in anno. 1546. quędam mulier generosi sanguinis esset incriminata q; conspirauerat in morte uiri cū nō nullis illi miserrimi consexi fuerunt contra se & cōtra dictam mulierem & fuerunt suspensi sed mulier deduxit causam coram Rege & præsentialiter uenit coram Rege sedente consilio accessi ad uidēdum Regis iudicium Referendarius quasi per horam loquutus est referendo processū & merita ipsius tūc consiliarii loquuti sunt idioma polonico & Rex dixit secreto quędam pauca uerba referendario & tūc Referendarius promulgauit iuditium regis & fuerat tale q; si fratres interfecti cum quinq; aliis consanguineis iurauerint īfra dies quindecim ipsos credere mulierem esse ream q; mulier moriatur de isto iuditio satis admiratus fui cum perceperam non solum cōtra mulierem inditia extare sed probationes & conrei tres fuerant suspensi ex hac causa & q; fratres & consanguinei non potuerant iurare quod nō uiderant & q; mulier debuerat torqueri fuit mihi responsum talia esse statuta regni poloniæ tunc cœpi intelligere q; hæc est quædam deriuatio ab illo iure longobardo quod fluxit usq; ad partes sarmatiæ uel credo uerius a Barbaris uenit Italiam illi fratres
2 non iurauerunt & mulier fuit liberata † Aduerte ēt q; isti sacramentales in aliquibus casibus aprobātur a iure canonico ut patet. 33. q. i. c. requisiuisti & in. c. laudabilem & in c. fi. de frigi. & malefi. & in. c quotiens de purga. cano. & sacramentales debent esse uiri probi ut ibi nota & debēt deponere de credulitate hæc consuetudo recessit ab aula.

SI CONVENITVR QVIS DISTINGVE QVO NOmine conuenitur. *Rubrica.*



CONTINGIT sępe aut de facto proprio non numq̄ de hęreditate aliquem cōueniri: si ꝑprii facti nomine cōuenit affirmare cogitur, vel negare & si ad in ficiatoris decurrerit præsidium sacramento legitimo se defendat: hęreditario quidem nomine si pulsatur licet affirmare cogitur vel negare qa tamē in alieni facti ignorātia tollerabilis est terminus sibi quidam de more nostro inducitur vt & possit reuocare indubiū q; si sibi elegerit aduersæ parti dabitur iuramentum: cum autē infamis appareat & debiti solutio prętēdatur si ei qui credidit hoc a debitore obiicitur solius creditoris iuramento firmabitur solutionem minime celebratam sed si creditoris hæredibus opponatur solutam esse pecuniam secundum qualitatem ab hæredibus firmābitur iuramentum.

LOQVITVR de iuramento iuditiali hodie remictitur arbitrio iudicantis cui sit deferēdum ut inspecta qualitate personarum ac coniecturis possit deliberare cui deferendum sit. In text. ibi in alieni facti &c. l. fi. ff. pro suo In tex. ibi si sibi elegerit &c. nam est in posse eius cui defertur iurare uel referre. l. manifeste. ff. de iur. iur. de quo dixi supra in titu. si ex testamento agatur & ibi uide.

SI FIDEIVSSOR CONVENITVR, ET NON HABET *mobile unde soluat. Rubrica.*



CVM fideiussor debitoris nomine conuenitur sacramento præstito secundum q; consuetudo postulat q; mobile non habeat vt creditori satisfiat: & si debitor stabile eiusdem bonitatis, & generis habeat, sicut fideiussoris stabile reperitur: æquitatis mensura, non fideiussoris, sed debitoris stabile, pro debito Tradditur,

creditori quo casu in quantum fideiussor ex titerat in tantum in traddictione stabilis fideiussor pro defensione manebit vt.n.in eo fideiussori succurratur vt non sua sed debitoris res propria traddidi debeat creditori si non ægre ferat si inquantum fideiusserat ꝑ defensione stabilis se faciat obligatū.

Ex hac consuetudine collige ꝙ si fideiussor conuenitur a creditore pro eo quod fideiussit iurādo ꝙ non habet mobile potest traddere tantum de bonis debitoris pro quo fideiussit quantum est debitum & adhuc ipse fideiussor remanet oblibatus pro
1 defensione rei stabilis tradditæ creditori † item hoc intelligi debet quando bona debitoris sunt æque bona sicut bona ipsius fideiussoris conuenti & hoc concordat cum tex.in authentica hoc nisi.C.de solu.ubi habetur ꝙ quando debitor non habet mobile potest traddere rem de melioribus suis & debet obligari d
2 euictione creditori uel ementi † & in quantum præsens consuetudo uult ꝙ fideiussor potest soluere de bonis debitoris quando sunt æquæ bona sicue sua cōcordat cum authentica præsente.C. de fideiu.in qua habetur ꝙ prius est discutiendus principalis ꝗ fide-
3 iussor. † ℂ Sed quæro reperitur instrumentum in quo fideiussor Renuntiatur benefitio authentiche ꝑsente utrum etiam intelligatur renuotiasse benefitio præsentis consuetudinis uidetur ꝙ sic nam cum præsens consuetudo, contineat idem quod continet illa authentica Iudicatur de ipsa consuetudine sicut
4 de ipsa authentica † nam quando statutum cōtinet idem quod ius commune quod iudicatur de iure comuni iudicatur de statuto glo.est in c.i.& ibi cano.de constitu in.6.c.pastoralis de fid. instr. Bar.& Scrib.in.l.i in prin.ff.ad lege.falci.& Alex ibi ꝑ plu-
5 res columnas hoc discutit † contrarium dicerem in præsenti casu cum hæc consuetudo non est in omnibus & per omnia sicut.d.authentica nam aliquid addit aliquid detrahit addi quia permictit ipsi fideiussori ut accipere possit bona debitoris & dare creditori detrahit quia secundum dispositionem.d. authentiche pręsente nō potest fideiussor conueniri ante principalem hic autem conuenirur item differt, quia si reus principalis non habet bona æque perfecta sicut ipse fideiussor potest exequi sine aliqua excussione contra ipsum fideiussorem & sic cum aliquid addit uel detrahit a tenore d.authentiche non est idem cum.d.authenticha.l.ius autem ciuile.ff d iusti.& iur.peopterea debet in spetie renunctiari hæc omnia hodie seruiunt de uento quia notarii apponunt amplas renuntiationes cum iuramento & non faciunt ꝙ sit merus fideiussor sed faciunt ꝙ sit æq̄ principalis & tāq̄ principalis non possit uti bñfitio præsentis consuetudinis quę loqtur de fideiussore simplici.

QVOD TEMPVS PRÆSTATVR AD PROBATIONEM PRODVCENDAM ET SI INstrumenti obligauit probationem Rubr.



CVM dubię rei probatio postulatur iudex ęquitatis nō inmemor obligatę probatiōis vltra diem tertium indutias nō præstabit pręter si ille qui ꝑbationē obtulerit maiores dilationes iusta causa noscitꝰ postulare vt si testes dixerint ab fuisse quos licet alias nō cogitur nominare tunc tamen necessario nominare debebit & si in constitutis probationem iuditio minime præsentauit cū tamen pars altera probationē recipiendi in eodem termino ostenderit seperatam causam se nouerit irecuperabiliter amisisse: Cū vero qui probare debuit se termino legitime pręsētauit & aduersa pars eodē cōstituto se probationē recipe paratā minime demostrauit qui ꝑbare debuit ꝑbatione necessitate solutus in causa de qua q̄ritur obtinebit sed si vtraꝗ pars negligentia laborauerit & neutra ꝑ vt oportuit se in constituto nō obtulerit & iure & cōsuetudine i hac ꝑte facta cōcordia vniuscuiusꝗ nėgligētia mutua cōpensatione deletur. Sed si instri ꝑbationē aliquā obligauit & instrum a nullo vel ab vno cōstituto ꝑdusserit subtestatū si illud de quo queritur duarū vntiarū summa excesserit tali ꝑductione ꝑposita a cā se nouerit cecidisse nisi in obligāda ꝑbatiōe expsse dixerit ab vno vel a nemine subtestatū & oportuno loco & tpē subtestādi sibi reseruauerit ptātē. Si vero ad prædictę sūmę cumulū res de qua q̄rit nō ascēdit licet vnus testis māu ꝑpria fuerit subtestatus & cōstituto fuerit ꝑsentatū ad fidē tñ ꝑbatiōis talis instri exhibitio sufficit sed si vtraꝗ ꝑte iudici cōstituto ꝑñtata cām volūtate iudicis cōtingerit dilatari in eo distinguit an iudex idulto tpe sic d cā uoluit sicut in primis dilationibus obtineba cū simplr scdę dilatiōis tpra cōdōauit pꝰ casu si res āmictit vel lucrat sicut i primis terminis, vel āmicti potuit vel lucrari scdo vero nō ideo cām dr āmisisse ꝙ alterutra par tiū vt debuit se minime præsentauit.

Circa

CIRCA principium huius consuetudinis uide in primo tit. de dilat. in. §. inductię pparatoriæ quia in aliquibus concordant In tex. ibi duarum un tiarum u de supra in titu. de fid inst. §. si modica, & quæ ibi dixi circa reliqua non oportet insistere quia non obseruatur sed in modo procedendi in causis sunt regiæ pragmaticæ.

QVALITER POSSIT ADITA HAEREDITAS REPV- diari & quando possit se exhæredare uel bonis cedere & in qbus soluatur. Rub.




de in hac materia unú notabile q licet processus fa-
ctus cum minore sine curatore sit nullus.l.acta.§.
si.ff.de re.iudi.cum simi.tamen cautela est q detur
curator, & omnia acta uno contextu recipiantur.
uide affli.in decisi. 2 6 2 :quã refert & sequitur Phil.
Deci.in consi.5 49.hęc etiá cautela datur quando
perempta est instantia uide Iaso.in.l.properandum
in prin col.5 .post Alex.ibi hoc credo uerú si partes
conuenient ut ex eo processu senténtiaretur quia de
cõmuni partium uoluntate ad ualidandú proces-
sum possent uti hac cautela secus si altera ipsarum
partiú contradiceret quia cú esset sibi ius quęsitum
propter peremptioné instantiæ posset dicere q non
contentatur in tex.ibi hæreditaté quam se exhære-
dando,&c.potest quis per uiam restitutionis in in-
tegrum admitti ad repudiatã hæreditatem, ut est
tex. in.l.moribus.§. interdum.ff.de uulga.& pupi.
Multa in hac materia restitutionis in integrú di-
ci possent hæc pauca dixisse sufficiat maxime quia
non uideo hanc consuetudiné esse in usu . Aliqua
alia circa materiã restitutionis in integrú dixi su-
pra in titulo de dilati.in Rub.uideas omnino quia
possent tibi deseruire. Vincentius Maxilla.

SI MVNDVALDVM ABESSE CONTINGERIT ET QVANDO MVLIER FRVctus rerum mariti sui imputat Rubrica.




V M Mundualdum alicuius extra regnum domiciliú habere con-tingerit uel piraticam nosciturexercere si cõ-tinuo biénio abesse co stiterit múdualdum in cõtractibus mulieris alienationibus neces-sariis, uel uoluntate cõfectis illius sequentis tanq múdualdi cõsensus sufficit qui de iure múdualdus esisteret nisi absens eum in mun-dio peruenerit:Sed si mulierem mori con-tingerit ad eius hæreditatem tanquã mun-dualdus uocabitur. At si absens mundual-dus redierit & hæreditatem mulieris recu-perat & gesta cum muliere cum eo qui mun-dualdi locum obtinuerat immutabilia per-seuerant . At si mulier infra moras biennii contrahere uel alienare uoluerit in necessa-riis tantum alienationibus & contractibus illius qui mundualdi locum obtinet consen sus sufficiet:Sed si infra biénium mulierem mori contingerit ad eius successioné præ-sens uocabitur absenti si reuersus fuerit mu-lieris hæreditate præstanda. ℄ Vidua si de mariti rebus fructus percepit in ratio-nes suas consumptos donec uidua fuerit minime computabuntur.

CIRCAM Primã partem huius consuetudi
nis licet non formiter seruetur qa tamen usus
mundualí adhuc adest procedit de iure quod dici-
tur in principio nam dicit Bal.in.l.transactione la
1 ultima.C.de transa. tq stãte statuto q minores &
mulieres nõ possint se obligare sine præsentia suo-
rum consanguineorú si tales consanguinei sint ab-
sentes poterunt se mulieres obligare & contractus
erit ualidus hoc uoluit idem Bar.in.l.turpia.§ i.ff.
de lega.1 . Pau. de Cast. in.l.cum antiquitas.C. de
testa Ludo.Roma.in consi. 3 6 .Alexan.in.l.i.§.uo-
luntatem col.ii.ff.solut.matri. Marsi.in.l.i.§. præ-
terea col.penu.ff.de quęstio.& præsertim prout di-
citur in præsenti consuetudine in quo sequens in
2 grado tenet uicem mundualdi. †℄ Sed quid si pro
pinqui essent præsentes & nollent sine iuxta causa
consentire Bar.& post eum Alex.in.l.si cum dotem
§.eo autem tempore col.si.ff.solu.matri. dicunt q
iudex poterit permittere sine tali consensu contra-
3 here uel alios loco illorum subrogare.†℄ Sed quid
si mulier sine presentia mundualdi cõtraheret cum
iuramento ut semper fit uidetur q adhuc nõ ualeret
cõtractus nam mulier sine mundio nõ potest ui-
uere & est sicut piscis extra aquam ut est tex. in.l.i.
qual. mul. libe.alie. permi. & ibi Carolus Bart.in
authentica sacraméta puberum.C.si aduer.uendi.
distinguendo dicit q stante tali statuto si statutum
dirigit uerba ad contractú ut puta si dixerit q non
ualeat contractus mulieris sine interuentu consan
4 guineorum & in tali casu si iurat ualet. † Aut sta-
tutum dirigit uerba ad mulierem ut puta q mu-
lier non possit, &c. & in tali casu quia ipsa mulier
alienando contra præceptum legis peccaret nõ fir-
maretur contractus iuramento unde cum illa.l i.
qual.mul. liber. alie. permi. dirigat uerba ad mu-
lieré ut patet ex eius lectura quare,&c. Breuiter di-
cas licet opi.Bar.a multis sequatur tamen Alex. in
consi.2 7.in lib.1 .& Fran.de Aret.in consi.5 4.ple
nissime consulendo damnant opi.Bar.& Iaso.in.d.
authentica sacramenta dicit q cõmunis opinio &
legistarum

Legistarum & Canonistarum est contra Bar. & fir-
mat Socci. in consi. 77. col. pen. lib 1. & sic mulier cō
trahens cum iuramento sibi præiudicaret non ob-
stante absentia mundualdi eo maxime quia lex lon-
gobarda & eius authoritas recessit ab aula, & usus
mundualdi hodie uidetur ex consuetudine ac etiam
ex ritu magnæ curiæ uicariæ & si non recessisset ad
5 huc uirtute iuramenti lex cederet. † ℭ Sed utrum
mulier ex hoc solo scilicet quia non interuenit mun-
dualdus non data lesione contractus posset petere
absolutionem uel habilitationem a iuramēto dicas
q ex hoc solo non daretur causa petendi absolutio-
nem seu habilitationem nam statutum uolens, q in
contractibus mulierum interueniet consensus mun
dualdi uel consanguineorum intelligitur in contra
ctibus qui possunt esse damnosi tantum, & non in
contractibus utilibus ita in sperie Bal. in. l. neq; per
illum tex. C. de contrah. & commi. stipu de quo ui
de concinne dicta per Iaso in. l non eo minus. C. de
procura & aliquid etiam dixit in l. barbarius colu.
2. ff. de offic. præto. in tex ibi illius sequentis &c. &
bene nam dicit Bal in. l. sugestioni. C. de uerb signi.
6 † q stante statuto q in contractibus mulierum inter
ueniant duo propinqui debet intelligi de proximio-
ribus & illis deficientibus de aliis proximioribus,
quod sequitur ibi Ange & Saly. & Alex. in. l fi. C.
de testam mili. & Iaso. in. d l. sugestioni colu. fin. in
tex. ibi Vidu ista est consuetudo de per se & non de
pendet a superiori & est de secunda parte Rubricæ,
& debet intelligi ciuili modo scilicet quādo ipsa mu
lier percepit fructus ratione proprii uictus & in ca
su quando non recuperauit dotes ab hæredibus ui-
ri nam quando esset in damno & quando esset soli
ta lucrari potest percipere fructus ex re mariti quæ
retineret penes se ut concludit Anto nagu. de fano i
tractā. suo de pignor in. §. parte in ultimo membro
colu fi. dixi supra in titulo de iur dot. in. §. soluto
matrimonio & ibi uide quia aliqua reperies, quæ
uidisse non displicuerit & circa materiam mundu-
aldi uide quæ dixi in. §. mulieri nullæ eo. tit. de iur.
dotiu. Vincentius Maxilla.

QVOVSQVE DIES IN-TELLIGATVR. RVBRICA.



DIEM usq; ad horam noctis mediam esse intelligendum & romanæ legis curiositas & consuetudo leges imitans consueuerunt.

1 † SECVNDVM morem Romanum, & le-
ges naturalis dies intelligitur a media nocte us
q; ad medietatem alterius noctis. l. more Romano
ff. de feri. & ita capitur in præsenti cōsuetudine. Sed
secundum astrologos dies capitur a meridie ad me
2 ridiem † & est sciendum q dies potest capi duppli-
citer uno modo dicitur dies naturalis, qui continet
in se. 24. horas & diffinitur apud astronomos dies
naturalis est reuersio solis a cōtactu finitoris ad cō-
tactum eiusdem hoc ē reuolutio equinotialis semel
circa terram cum tanta zodiaci particula quantum
sol interim motu proprio contra primum motum
motū incedēs pertransit & iste dies naturalis apud
omnes est uniformis nisi illis qui sunt sub polis, &
qui habent polum in zenit capitis eorum nam illi,
qui habent polum articum in zenit a primo pun-
to arietis usque ad primum puntum libræ habent
continuam diem & semper uident solem e conuer-
so, a primo punto libræ usq; ad primum puntum
arietis numq̄ uident solem Est etiam dies artifitia
lis qui dicitur ab ortu solis usq; ad occasum exclusa
3 nocte † & isti dies uariantur semper secundum cur-
sum solis nam modo magnus modo mediocris mo
do minimus itaq; in unaquoq; die est uariatio uel
per augumentum uel per diminutionem. Item etiā
uariantur ex diuersitate climatum nam illi qui sunt
sub primo climate uersus meridiem, quod dicitur
dia meroes maiorem diem quem habere possunt in
solstitio estiuo, & in tropico cancri & horarum. 12.
illi uero, qui habitant in fine septimi clymatis est,
horarum decem & octo ut in insula tile post brictā-
nos ptholomeus & cęteri post eum usq; ad Ioānem
de sacro busto non habuerunt ulteriorem notitiam
affirmarum est mihi in regno poloniæ & in ducatu
masouiæ ab illis qui fuerūt muscouiæ q ibi sole exi
stente in tropico cancri est horarum. 20. ab ortu so-
lis ad occasum & ego qui fui in ducatu masouiæ in
ciuitate uarsciouiæ diligentissime in anno. 1543. so-
le existente in tropico cancri obseruaui & in ueni ab
ortu solis usq; ad occasum diem esse horarum sexde
cim cū dimidia & aliquibus minutis & tamen ibi
est eleuatio poli per quinquaginta duos gradus, &
tunc temporis quasi per totam noctem poterat abs
que lumine ignis legi, nam crepusula serotina qua-
si iungebantur cum aurora matutina & in ducatu
lituaniæ in ciuitate uilnæ in dicto tempore in nocte
legitur apertissime nam dies ibi est horarum decem
& septem & ultra a sole ad solem itaq; anteq̄ cessēt
crepuscula serotina incipit apparere aurora & ibi ē
eleuatio poli per quinquaginta quinque gradus in
4 ciuitate cracouiæ est quinquaginta. † ℭ Utrum cre
puscula serotina uel aurora attribuatur diei uel no-
cti est uidere dicta satis diffuse per Docto. maxime
Alex. & Iaso. in. l titius. §. lutius ibi albescente cęlo.
ff. de liber. & posthu & licet sit uariatum inter Doc.
tamen secundum cōmunem opinionem cum tracta
tur de delictis puniendis ex quo albescente celo non
sunt tenebræ ratione quarum delicta atrocius pu-
niuntur per statuta dilucula & crepuscula attribuũ-
tur diei dum modo non sit multa distantia ab ortu
uel occasu solis ita Fran. de aret. in. d. §. lutius Io. an-
dr. & Abba. in c. si perfodiens de homi Sed uere lo-
quendo dies propriè est quando sol est super terram
in hemisphærio hoc probat tex in l. i. & ibi Ange. C.
de custo. re. & Barr. in. l. aut facta § tempus. ff. de
penis ad practicam uide Philipp Deciu in. consil.
354. ubi loquitur de testamento facto circa pri-
mam horam noctis. Et habui in facto in causa uiti
de musella de casamaxima inquisiti de homicidio,

in personam Ioannelli Zizi de eadem terra cum testes deponerent quod uiderant prædictum uitũ in loco delicti i die clara & interrogati si sol fuerat ortus dixerunt quod non fuit liberatus gratia Dei sat est ut dixi quod sit talis claritas quod possit discerni res sicut etiã
5 dicimus quod creditur testi deponenti cognouisse talé hominem in nocte per lucem Lunæ alias ei non crederetur secundum glo in.l.si eum exceptione. §. in hac.ff. quod met.ca. & ibi Bal. & angc. unde ex hoc Oldr reprobauit multos testes in curia romana ut per Pau.de cast & Docto. in l. si non specïali. C. de test. & memini quod dum inquireretur quidam iuuenis de medunio sup furto noturno quidã testes deposuerunt eum in nocte delicti cognouisse per lumẽ lunæ & eos arguere potueram de falso per uiam astrologiæ nam interrogati de hora dicebant quod erat media nox iuxta illud tempus hora sexta cum dimidia eramus in mense Octobris & dicebant, quod illa hora Luna erat eleuata & lucebat & hoc secundum naturam non poterat esse quia per dies quinque ante fuerat sinodus siue nouilunium & secundum ueras regulas astrologiæ Luna post unum diem elapsa a cõiunctione in qualibet nocte recipit incrementa Lucis per minuta 45. in circa itaque in illa quarta nocte, nõ potuerat lucere nisi per minuta centum nonaginta duo quæ diuidendo per sexaginta faciebant summam horarum trium & minutorum duodecim & hoc quando Luna est de medio motu & dato quod fuisset uelox cursu non potuisset lucere in illa nocte per quatuor horas & sic testes erant falsi dum deponebant quod in media nocte tũc luna lucebat sed ego hoc non poteram allegare quia erant testes in fauorem curiæ & tunc temporis in ducatu Bari eram aduocatus fiscalis seu tectius loquendo curiæ. Sed bene in secreto dixi iudici ad exonerationem conscientiæ
6 † & in isto die artificili siue magnus sit siue paruus sex signa oriuntur similiter & in qualibet nocte siue magna siue parua sex alia signa oriũtur, & quilibet dies magnus siue paruus habet duodecim horas
7 † & quælibet nox magna siue parua habet etiã duodecim horas dico hoc astronomicas quæ fiunt secũdum quantitatem diei uel noctis diuidendo in duodecim partes non de horis quæ consistunt de sexaginta minutis nam de illis horis supra dixi Multa super hoc dicere possem sed non conuenit legistæ nec miretur quis si posui falcem in messem alienam nã & quandoque tamquam mus super farinam uidi & pro legi quot orbes Sol habet quot Luna ceterique planetæ quis est excentricus orbis, & quis concentricus quis aux solis in prima significatione, & quid in secunda quæ sit linea augis, & oppositi augis linea media & linea ueri motus, & multa alia quæ ommicto nam longissima indigerent pagina. Vincentius Maxilla.

SI MULIER CONSENSERIT VIRO ALIENANTI. RUB.



Cum alienanti viro res proprias mulier conuincitur consensisse habeat, vel non habeat filios si uerum vel profectitium prætium pro quarta susceperit nec a muliere nec ab eius hæredibus venditio reuocatur: si autem cõsentiendo mulier donãti forte marito prætium si pro quarta nõ acceperit licet mulieri consentienti contra suum factũ minime venire concedat: Mulieris tamen hæredibus non obstante quod sic consenserit mulier ratione quartæ pro parte contractum moribus est concessum. At si mulier in quibusdam consenserit in quibus poterit litigari nõ ipsi sed heredibus disputãdi super contractibus licentia condonatur.

CIRCA intellectum præsentis consuetudinis uide quæ dixi supra in titu. quali.mul.alie. permi.sit in.§. in quibusdam casibus & in.§.si.& ad ea quę ibi dixi me remicto.

SOLUTO MATRIMONIO QUID PETI POSSIT, ET QUALITER PRESCRIPTIO doti non opponitur. Rubrica.



Si alterius morte matrimoniũ fuerit dissolutum, si maritus præmoriatur tam morgincapitis quã meffii mulieri integra petitio reseruatur idẽ, & si mulier præmoriatur relictis quibuslibet descendentibus obseruatur siue.n. primi siue secundi matrimonii fuerint descendẽtes simile & ad vtrumque petendum priuilegium vendicabũnt: sed si mulier præmortua nullos reliquerit descendentes si muliere viua i iuditio lis pro meffio cõtestata vel fuerit pignoratio subsequuta mulieris hęredibus petendi alterutrum licentia condonatur alias tãtum morgincapitis exactio reseruatur.

HAEC consuetudo concordat cum prin. titu. l supra de don. int. uit. & uxo. quę incipit si mariti morte & etiam concordat cum.§. extincta muliere in eo. titulo uide quæ ibi dixi.



T ſi diuortio fuerit diſſolutum tam mulieri quàm eius hęredibus dotis morgincapitis & meffii ſicut ſi morte fuerit diſſolutum iura cuſtodiãtur intacta ne tamen aliter matrimonii celebrata ſolutio mulierem damno vel compendiis afficere videatur matrimonio ſoluto diuortio exigendi alterum mulieris erit arbitrium alterius vero pendebit iuditium & ſi primo mulierẽ contingerit deceſſiſſe contenta tamen de alterutro quod accepit reliqui petitio denegatur At ſi mulier ſuper vixerit quod in pendenti fuerat poſtulabit cũ & primo pendulium muliere ſuperſtite efficiatur purum.

Circa intelligentiã pñtis conſuetudinis uide q̃ dixi in.d.tit.de don.int.uir.& uxo.in prin.



ORGINCAP. vero ſi nõ fuerit tradditum licet promiſſum oſtendatur tam legis ſententia q̃ morũ conſonantia non petetur niſi de tradendo morgincapite in iuditio facta cõteſtatio demoſtretur in hoc ſiquidem ſic de ꝑmiſſo morgincapite conteſtatio opatur quantum & ipſius tradditio corporalis.

NOTA ex diſpoſitione præſentis conſuetudinis ꝙ licet morgincap.i.quarta fuerit promiſſum ſi non fuerit tradditum.i.conſtitutum non debetur & iſtud non procedit de iure comuni ut habetur in authentica dos data.C.de dona. ante nup.& habetur in conſtitutione regni mulierꝙ dotarium, & in capitulo regni mulier quę dotarium plene per Affli.in conſtitut.regni quæ incipit licentiam & de iure longobardo affirmat Carolus in.l.fi. in tit. de ea quę fin.auro.mund.ad uir.amb.beneuerum qñ mulier ageret contra uirum ut tradderet, & ſuper hoc eſſet lis conſtituta tunc licet non fuiſſet tradditum moriente uiro debetur ut dicitur in pręſenti cõſue.unde debent eſſe cautæ mulieres & ii qui earũ negotia curant ut in ſecundo die uotorum conſtituatur ſaliit ẽt ut infra.§.ꝓxime ſequẽti uide q̃ dixi in §.in matrimoniis ſupra in tit.de don.int.ui.& uxo.



ED ſi matrimonium ante ciuitatis interitum monſtrabitur perpetratum ſi inſtrumẽta dotalia ad matrimonii cauſam ſpectãtia & morgincapitis & meffii a muliere vel eius hæredib⁹ dicantur in deſtrutionem ammiſſa de morgincapite tam mulier quã hæredes iurabũt legitimę & ꝙ tradditũ fuerat & ãmiſſum de meffio autem & dotibus perſonarum qualitate & ſubſtantiæ quantitate intuita taxante iudice mulier vel hæredes legitimæ ſacramentum præſtabunt ad minus tantum eſſe quantũ a iudice eſt taxatũ & ne ſępius iuret additur ꝙ inſtr̃a vt aſſerunt ſunt ammiſſa.

CIRCA ea quę habentur in pręſenti conſuetudine uide quę dixi in.§.ſi matrimoniis ſupra d do.int.ui.& ux.& in.§.de dotibus ſupra de iur.dot.



E dote vero quæ vulgo priichiũ dicitur ſi a viro vel ipſis hæredibus prætenditur, vel in deſtrutionem ammiſſa vel vſu fuiſſe cõſumpta mulieris vel hæredum legitimo ſacramento defendi tur ꝙ nec taliter ſint ammiſſa nec vtẽdo ſint diminuta vel depdita ſed de ea maritus ſuã exercuit volũtatẽ niſi & res talis ſit q̃ cõſumpta ꝑſumitur & iudicis offitio cõprobatur.

HAEC cõſuetudo concordat cũ.§.de dotibus in ueiſi.de rebus autem mobilibus ſupra de iur.doti.& ibi dixi.



OS vero cuiuſcumꝙ fuerit ſummę ſi de eius repetitiõe quęratur niſi per ſcripturam legitimam nullam probatione moſtrabitur iuraſſe tantũ debet legitimę ꝙ non ꝑſtita fuerit vel ſoluta eo tamẽ ꝙ de dote matrimonii ante deſtructionẽ patrię contracti ſupra notauimus in ſuo robore duraturo,

VIDE quę dixi.ſupra in tit.de iur.dot.§.ſ.motibus ubi eſt conſimilis conſuetudo.



EMPORIS quidem Auguſtis nec exactio dotis retardatur necpetirioni vel repetitioni dotium, vlla temporis præſcriptio opponetur morgincapitis: & meffi poſt ſolutum matrimonium tricennalis li

centia vel exceptio impedit, & retardat, & eorum petitionem excludit.

ISTE §. respicit secundam partem Rubricę ibi & qualiter pręscriptio dotiū opponatur & circa materiam ipsius uide quę dixi supra in. §. actio dotis in tit. de iur. dot.



DOS autem nec hypothecam habebit tacitam nec alio priuilegio se tuetur.

CIRCA materiam huius. §. dixi supra in titu. de iur. doti. in princ.

DE IVDITIO DIVISORIO. RVBRICA.



SI fratres ad diuisionis iuditium aspirauerint & sunt eorum substantiæ, oliuæ, vineæ terræ, & domus, extra menia habeantur si duo tantum fuerint in minoris voluntate relinquitur vt alter tantum rustica prædia videlicet omniaque mobilia si qua sunt diuidat minori electione seruata eligendi: Minore vero vrbana pdia diuidente maioris in eligēdo seruatur arbitriū: sed si minor rustica diuidere vt maior vrbanā diuidat affectauerit & tūc ipsius voluntate in tali diuisione descenditur. Si vero oliuarū tantum & vinearum fuerint possessores debebit maior vt alter eligat ꝑm minoris arbitriū vineas vel oliuas diuidere reliquū diuidēte minore maiore in eligēdo ꝓponitur. ℂ Sed si oliuas terras & vineas ī cōne habuerint & in his minoris volūtas seruabitur vt si minor elegerit maior vnum ex ꝑdictis quod ꝓ preualētia reliqua in quantitate ꝓcellit diuidit duo vero quę remāserint diuidēda minori maiori eligēdi qdvoluerit ptās libera ꝑmictatur. ℂ At si minor vnū ex his qđ ꝓualet diuidere peroptauerit ipso hoc diuidente & reliqua diuidente maiore minor in eligendo ꝓponit. ℂ At si tres fratres pluresve supsint maior vnū ex patrimoniis mobile & si qđ est debebit diuidere, secūdus aliud quod vltimum quātitate esuperat: Tertio patrimonium quod remanserat diuidendi necessitas irrogatur in eligendo vero hæc ordinis cautela seruatur minor namq in diuisione a maiore fratre confecta in eligendo pręponitur post eum secūdo ser uat electio maiori tertia portio relaxat. ī diuisione vero a secundo fratre confecta talis ordo spectabitur primo maioris in eligēdo seruatur arbitrium secundo minoris erit electio tertia relinquitur diuidēti. At cum minor diuidit ad electionem primo secundus admictitur post maior: Portiōe tertia remanente minori. ℂ Inter maiores minoresue facta diuisio & celebrata legitime & in scriptis redacta tenebit nec adæquatio poterit postulari tam in diuisione inter fratres & ꝓximos quā iter extraneos celebrata. At cum oliuas terras & domos ī diuersis locis aliqui possiderint in comune vt singulis comoda possit diuisio celebrari res singulę diuidantur quæ si oportune celebrari nōn poterint iudicis officium imploretur. Hoc ipso in diuisione morgincapitis obtinente.

HAEC consuedudo loqtur clare in litera & fuit facta ad remouendum controuersias quæ occurrere solent inter fratres & illos qui possident res in comuni nam pleruṃq oritur difficultas quis diuidere habeat unde patres Barenses in quantum potuerunt decreuerunt qualiter est faciēda diuisio bo-
1 norum † nam non undiq pro expedito in iure habetur q maior diuidere habeat & minor eligere nam Bar. tenet q frater maior non tenetur diuidere ut eligat minor in. l. i. C. de hi. qui se defen. lib. x & ibi ange aliquid in. l. ii. C. quando & quib quar par. eod. libro x. & dicit q debet fieri sorte uel offitio iudicis hoc idem uoluit bal. in. l. i. C. de pact. & in. l. pen. C. comu diui. & in. l. iubemus in prin. C. de sac. sanct. eccle. Io de Imo. in. l suus quoq in prin. ff. de hære. insti. Ludo Rom. in consi. 271. Ang. de aret. in. §. quędam insti de actio & in. §. fi. insti. de socie. & Ange. in. l. sancimus §. i. C de dona. dicit q ista opinio de consuetudine obseruatur hoc etiam uoluerunt Abb. & Imo. in. c. i. de parroch. & Iaso in. l. si duobus. C. comu. de lega. dicit q hęc est comunis opi. & q pluries interrogatus respondidit q frater maior non tenetur diuidere ut minor eligat sed sorte uel offitio iudicis diuisio est facienda. Contrariam opinionem q maior teneatur diuidere & minor eligere probatur ex tex. in d c i & ibi hoc uoluerunt host. Io andr Anton. de butr. & petr. de ancha. hoc etiam tenet Io de ana in. c. qualiter & quando Io ii. de accusa & ibi dicit q cum bononię iste casus occurrisset in facto omnes doctores bononienses consuluerūt ꝓ prima parte excepto eo & certe mouetur subtili medio
2 † dicit. n. q debet credi magis authoritati unius sancti quando illa authoritas est fulcita authoritate noui uel ueteris testamenti quam non debet credi papæ uel Imperatori ut dicit glo. in. c. de libellis. xx. distī.

diſtin.ſæcus quando non eſſet munita authoritate
prædicta, ſed ſanctus Auguſtinus dicit hoc ꝙ ma-
ior debet diuidere authoritate ueteris teſtamenti,
nam diuiſio bonorũ inter Abraam & Loth fuit fa-
cta a maiore quare.xc.& in hac opi. fuit Bal.in.d.
l.ſuus quoque & in.d.l.i.C. de hi.qui ſe deſen.flori.
in.l.arbiter.C.comu.diui.nico. de Neapo.in.l.i.C.
quando & quib.quar. par. lib.x. & ſic uides ꝙ pro
utraq; parte ſunt authoritates quid dicendum pro
certo prima opinio. uidetur fulcita pluribus au-
thoritatibus & nõ eſt dubiũ eſſe cõmunem opinio-
nem legiſtarum & ꝙ multi canoniſte tenent eandẽ
opinionẽ & poteſt reſpõderi ad tex.in.d.c.i.de par-
rodi. prout reſpõdent legiſte ꝙ procedit fauore fi-
3 dei uel quia ſumus in diſpẽſatis. † Præterea aut nos
uolumus intelligere de maiore reſpectu ætatis ea
ratione quia præſumitur magis expertus circa bo-
4 na & quia iſta ratio poteſt eſſe quando falſa † quia
multotiens minores fratres ſunt magis experti &
magis ingenioſi & ratio non eſt bona nam nos nõ
loquimur de his maioribus prout in titu.ff. de mi-
no.xxv.ann. quid enim refert ſi unus frater ſit an-
norum.30.& alter annorũ.29.uel.28.non datur
magis experientia in uno q̃ in alio & forſan ambo
ſunt æque experti uel ambo in experti uel ignora-
tur quis magis expertus ſi uero uolumus conſide-
rare ꝙ maior dicatur reſpectu adminiſtrationis
pro ut tenent hoſti.Io.An.Anto.de But. & abb.in
d.c.i.per illum tex. & ad hoc eſt facilis reſponſio,
nam & minor poterit de bonitate rerũ infra breue
tẽpus informari ab expertis, quia hoc non eſt adi-
ſcere philoſophiam uel leges. Et propterea melius
eſt ꝙ diuiſio fiat offitio iudicis uel ſorte & ꝙ nõ de-
tur electio alteri prædictorũ. Sed ꝙ maior dicatur
reſpectu adminiſtrationis & non ætatis magis pla
5 cet. † ℭ Adde unum caſum in quo non habet locũ
ſors & iudicis offitium, ſed unus debet diuidere ſci-
licet quando res eſt cõmunis inter fiſcum & priua-
tum nam eo caſu fiſcus debet diuidere, & priuatus
capere & eligere ita Bart.in.l.dicitur.§.ſenatus.ff.de
iur.fiſ.uide Ange.de Aret. in tracta.maleſ. in uerbo
6 dandis & ſoluẽdis. † Et hoc poterit deſeruire in re-
gno quia ꝑ cõſtitutionẽ regni quando aliquis cita-
tus in cauſa capitali perſiſtit in contumatia ꝙ poſt
bãnum ad anni circulum deuenitur ad foriudica-
tionem ſi foriudicatus habeat filios maſculos bo-
na foriudicati diuiduntur inter fiſcum & filios ita
ꝙ fiſcus habet portionẽ pro uno filio tantum ſi in
tali caſu fiſcus uellet portionẽ ipſe fiſcus debet di-
uidere & filii eligere ut patet in conſtitu. regni pœ-
nam eorum ſemper enim ꝙ aliqua res eſt cõmunis
inter fiſcum & priuatum ut multa exẽpla dari poſ-
ſunt priuatus capit portionẽ ſuam a manibus fi-
ſci ut per Ang.de Are.in.d.uerbo dandis & ſoluẽdis.
7 † Sed aduerte quia in terminis.d.cõſtitutionis pœ-
nam eorum eſt in poteſtate fiſci ſi uult rem uel æſti-
mationẽ portionis ſibi ſpectantis ut ibi dicitur, &
8 ibi per And.& affli. † Vbi etiam habetur ꝙ portio
nes quæ ueniunt filiis ueniunt ex benignitate illius
legis & ſic ad dicta bona non ueniunt tanquã hære
des patris. Et hoc multum eſt notandum quia filii
nõ tenerẽtur creditoribus perſonalibus paternis ut
ibi per affli. Et credo ꝙ ſi pater benefitio principis
eſſet reſtitutus ſimpliciter nulla facta mentionẽ bo
norum ꝙ nõ recuperaret prędicta bona a manibus
filiorum per ea quę habẽtur in.l.i.C.de bon dam.
9 † ℭ Sed quæro ecce ꝙ præſens cõſuetudo ponit ua
rios caſus, & dicit ꝙ in minoris arbitrio eſt quam
rẽ uoluerit ipſe diuidere & ſic loquitur de maiori &
de minore quo modo debemus intelligere eo mo
do ut dictum eſt reſpectu adminiſtrationis uel re-
ſpectu ætatis dico attento ꝙ ſumus in cõſuetudi-
nibus ſcriptis in quibus uerba accipiuntur in pro-
pria ſignificatione.l.i §.ſi is qui nauẽ uerſi.in re du-
bia.ff. de exerci.l.ille aut ille.§.cum in uerbis &.l.
nõ aliter.ff.de lega.iii.Bart.in.l nõ dubiũ C.de leg.
uerbum maior & minor accipitur nõ reſpectu ad-
miniſtrationis, ſed ætatis patet etiam ex uerſi. at ſi
tres fratres. ℭ Sed quæro res erat communis inter
fratres quorũ maior moritur relicto filio qui æta-
te eſt minor patruo in locis in quibus eſt conſuetu-
do ꝙ minor eligat ſeu in terminis huius conſuetu-
dinis quis retinet locũ maioris nõ memini uidiſſe
hanc. q. tactã a doctoribus ſed dico ꝙ ratio huius
cõſuetudinis eſt qa in dubio maior natu præſumi-
tur tenere locũ patrisfam. & adminiſtratoris, & ꝙ
melius ſciat qualitates rerum & licet hæc ratio nõ
10 ſit in cõſuetudine expreſſa tamẽ cũ alia ratio reddi non
poteſt habetur pro expreſſa, ut eſt glo. ſingu. in.l.
quãuis & ibi Bal. & doct.C.de fideico. in filio ma-
ioris fratris mortui ceſſat talis ratio quia cum ipſe
ſit iunior patruo & in uita patris nõ habebat ius in
bonis pro ut habebat patruus præſumitur nõ ha-
bere tantam peritiam rerum & hac ratione atten
ta patruus dicitur maior Abraam cum diuideret
bona cõmunia inter ſe & Loth filiũ fratris Haran
11 fratris ſui præmortui ut patet in geneſi.c.13. † Il-
lud uero quod dicitur ꝙ filius ſubintrat locum pa
tris.§.cum filius inſti.de hære.quali.& diffe.authen
tica poſt fratres.C.de legi.hære. habet locum reſpe
ctu bonorum nõ autem in his quæ dependent ab
animo & intellectum quia ſi ſic eſſet præclariſsimi
uiri potius filiis ſuis ſciẽtiam q̃ bona relinquærent
& hoc certe magnum infortunium eſt: nam ut plu
rimum filii præclariſiſimorum uirorum ſunt ſtu-
pidi & ebetis ingenii. Vnde ſcribit Cagno.in.l.ii.in
uerſi.fuit poſt eos.ff.de orig.iur.hæc uerba quãuis
ea plerumq; infortunio præmantur uiri ſplendi ut
ſui ſimiles filios nõ relinquant hoc enim Ciceroni:
hoc Q. Hortenſio hoc Herodoto Athenienſi eue-
niſſe compertum eſt. Epamundas dux Thebanus
uxorem noluit ducere ne ſui diſsimilem filium ha-
beret Peliopide exẽplo deterritus qui uir clarus in-
famem filium genuit, &.c. ratio eſt ſecundum me,
quia iſti clariſsimi uiri ut plurimum ſunt melanco
nici nõ natura: nam malãconici a natura nunquã
aliquid boni faciunt ſed fiunt per accidens & ſem-
per ſunt cogitabundi quando coeunt cum uxori-
bus & nõ ſunt penitus ad illud intẽti ſed alibi ua-
cat intẽtio.& illud ſperma ex cõtinua cogitatione
& ex materia aduſta nõ poteſt producere hominẽ
optimi ingenii ſed aſtrologi dicerẽt hoc cauſari ex
ſtellis & in fluxibus planetarum & ſtellarum. Ad
hoc enim multum operatur matris cogitatio di-
co circa formam corporis ut uidemus in equabus
quibus i coitu anteponitur color ut pulli ſint præ
dicti coloris & Iacob patriarcha ũde fluxerũt duo
decim tribus uſus fuit hac malitia aduerſus laban


socerum suum cum quo pactus fuerat ut omnes
oues quæ nascerentur macula albedinis aspersæ es-
sent suæ unde cum certis uirgis dealbatis apposi-
tis ante pecudes in canalibus tempore coitus qua
si omnes agni uenerant maculati ut habetur in ge
neb.c.xxx.pro certo miror quod tantus patriarcha
usus fuerit tali malitia si dicamus cũ Dauit psal.13.
psal.52.non est qui faciat bonũ nõ est usq; ad unũ
uel uerius fuit uoluntas Dei ad propositum dico
12 quod glo in.l.cũ haberet.ff de uerb. signi.dicit † q
ex cogitatione aliqua in coitu nascitur quid tale
de quo uide per Iaso in.l.gallus in prin. col fi.ff de
13 lib. & po th. † homo in quolibet negotio debet esse
totus intentus si est in ecclesia & in oratiõe totus in
tẽplo Deo si tractat negotia totus in illis si studet
totus in illo si ludit totus in ludo si comedit cũ de
lectatione comedere & bibere si coit cum dulcedi-
ne risu & ioco coire, sed hoc non possunt facere
aduocati & doctores legentes qui habent plures
causas & quasdam spallatas & duum aduersariũ
uel collegam & iudicem doctum nam plerunq; co
medunt & sunt in extasi & in mentis excessu, & qui
uidit testimoniũ perhibuit. In tex ibi inter maiores
minoresue,etc.dicitur hic q quãdo facta est diuisio
inter fratres siue inter extraneos non potest peti ad
æquatio tanto fortius hoc procederet quãdo fuis-
14 set facta sorte † nam quando fortuna est iudex non
potest appellari quia fortuna nõ habet superiorem
ut dicit Bal. in.l.meminimus C. quando & quib.
quar.par. Et Bal.in.l.fi.in prin.C.comu.de lega Et
quod dictũ est q a sententia sortis non appellatur
limita non procedere quando infœlicitas sortis es-
set intollerabilis quia tunc posset implorari offitiũ
iudicis ut in melius reformetur ita Bal.per illũ tex.
in.l.maioribus.C. comu. utri. iudi. sequitur Phil.
Franc.in Rub.de appella. col.3. & ibi etiam Phil.
deci.dicit q minor læsus iuditio sortis non restitui
tur in integrũ uoluit Bal.in.l.ait pretor.§ plane.ff.
de mino. Dixit etiam singulariter Bal.in.d.l.memi
nimus q nunquam aliqua res potest sorte dirimi
nisi expresse in iure cautũ inueniatur meminit Iaso.
in.d.l.ii duobus Do.Alex in.l.huiusmodi.§.fi.ff.de
lega.i. in allegat.Bal. in.d.l. meminimos & dicit q
nihil allegat, sed ipse in cõtrariũ allegat glo.in.c.1.
de sorti leg. quæ glo.uult sortes esse permissas nisi in
casibus a iure reprobatis & cum dicta glo. transit
Alex.dicit etiam ibi Alex. de mẽte Nico.de Neapo.
& Imo. q res nunquã dirimitur sorte nisi quando
dubiũ est in iure secus quando dubitaretur super
facto allegat glo. singu.ad hoc in.l.1.in uerbo pro-
hibebit circa fi.C.uti.pos. & multas alias Coras &
glo. dicit uerũ quia si res non est dubia in iure fru-
stra recurreretur ad sortes cum possit de iure decidi
unde fel y.in.c.licet causam col. fi. de probat & per
eundem in.c. capitolũ sanctæ Crucis col. penu. de
rescrip. Et in quantum dictũ est q non potest peti
adæquatio † facit quia diuisio habetur loco tran-
15 sactionis ut nota glo. in.l.tres fratres.ff.de pact. &
ibi docto. & uidetur tex.in.l.qui Romæ.§.duo fra
tres ibi quasi de hoc transactum esset, &c.ff.de uer.
obli. & Bart. ibi in.ii.q nam sicut per transactionẽ
tollitur occasio discordiarum de quo late per mart.
Socci.in consi. 64.col.x. ubi multa adducit ita etiã
per diuisionem.l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ii.

hinc est q dicit iurisconsultus in.l. si non sortẽ.§
16 centum.ff.de condi. indeb. † q nullus cogitur sta-
re in comunione sicut igitur prætextu læsionis quã-
uis magnæ nõ potest recedi a transactione.l.lutius
.§.fi.ff.ad trebe.plene per Alexã.in.l.si quis cũ aliter
.ff.de uer.obli. & est cõmunis opi.ita etiam dicẽdũ
17 est de diuisione quæ est transactio ut supra. † Et in
quantum supra dictũ est prætextu læsionis quãuis
magnæ non posse rescindi transactionẽ in hoc arti
culo sunt uariæ opiniones docto. ita q non po-
test bene colligi quæ sit cõmunis opi. de quo per
docto.in.d l.si quis cũ aliter & Socci. in consi.85.
lib.1.tamen Pet.Phil.Corne. fæderæ distinctionis
in consi.166.col.penu.& fi.lib.i.& in consi.27.in
primo consultationis articulo lib.4. cõcordat opi
niones & dicit q aut excessus ultra dimidiã est mo-
dicus & tunc procedat opinio q non rescindatur si
uero est satis enormis & enormissimus tunc proce
dat cõtraria opinio hanc distinctionem approbat
& sequitur Phil deci.in consi 203. ut oera resolu-
tio col.ii.&.iii.& in cõsi.216. uisa transactione &
in consi.597.in fi. & per grama. aliquid in decisi.
18 66.nu.43. & infra † tamen licet in præsenti cõsue
tudine dicatur q in diuisione non potest peti ad
æquatio tamen prætextu erroris potest in iorũ re-
scindi.l.maioribus.C.comu. utri.iudi.l.si soror.C.
de colla.l.si post diuisionẽ.C.de iur. & fact. igno.
l.cũ putarem.ff.fam herci.& Pau. de Cast.in.l.fi.§.
idem quæsiit.ff.de condi indeb.dicit q cum fuisset
facta diuisio bonorũ inter fratres alicuius deceden
tis & fuisset in ampla forma promissum de nõ cõ-
trauenendo postea repertũ fuit q bona spectabant
ad unũ qui erat coniunctus ex utroque latere q de-
tecto tali errore ipse consuluit & obtinuit q debe-
bat rescindi habetur per Alex. in consi.168. lib.v.
& per Socci.consi.25.prosequẽdo ordinem lib.4.
19 ubi multa bona dicit † & ibi est uidere in casu in
quo in transactione fuisset appositum iuramẽtum
& per Phil. Deci. in consi.351.col.3. & in consi.
600. late per aymo .craue.in consi.26.& in consi.
142. ℂ Quid si diuisio fieret in iuditio authorita-
te iudicis utrum prætextu erroris rescinderetur dic
q non ut tex. in.d.l.cum putarẽ uoluit Bal. in.d.l.
post diuisionem, sed aduerte quia hoc nõ debet in-
telligi ita simpliciter ut puta q iudex cogerit par-
tes ad diuidẽdum, sed debet intelligi in casu in quo
iudex plene cognosceret & per sententiã partes di-
uideret & assignaret ita Socci.in consi.33.uiso te-
stamento dominæ Bartholomeæ, &c.col.ii.in.4.
20 lib. † Et utrum in promissione de non contraue-
niendo diuisioni censetur renuntiatum fidei cõmis-
so est uidere per Bar. Alexan. & Iaso.in.d.§.duo fra-
tres ubi Bar.format in hac materia plures quæstio
nes & per eundem Bar.in.l.fi.§.idem quæsiit in fi.ff.
de condic.indebi.plene Phil.Deci.in consi.86. ple-
nissime per Boeri.in deci.147.et per Socci.in con-
21 si.43.in libro quarto. † ℂ Et quid si portio pro-
ueniens uni in totum, uel in parte fuisset euicta
qualiter teneantur cohæredes, uel consocii ui-
de Bald. in.l. si familiæ. C. famili. herci. ubi di-
cit q in tali casu non debetur æstimatio totius rei
euictæ sed solum partium quæ tangerent cohære
des uel consortios de quo per Socci. in.d.consi.25.
22 † ℂ Sed quid si nõ appatet diuisio celebrata, sed fra
tres

tres posiderunt separatim per decē annos res quisque quasi portionē suam. Dic ꝙ si all-garetur diuisio præsumeretur ut per glo cōmuniter approbatam.in.l.penu.C.comu. diui. quā approbat Nico. de Neap.in.§ quędā insti. de actio. & ibi late Iaso. Cy.Bal.& Iaso.in.l.si certis annis.C.de pact.Bar.& doct.in.l.qui aliena in prin.ff.de acqui.hęre.Anto. de But.in.c.peruenit loca,Socci in consi. 164.col.
23 fi.† Et in hac materia diuisionis nota ꝙ minor.25. annis de iure cōmuni & annorū decem & octo in Regno sine causa non potest petere & procurare ad diuisionem.l.si pupillorum in prin.ff.de reb. eo. & Bar.in.l.inter pupillos.ff.de autho.tuto.Et sine decreto iudicis & authoritate tutoris, uel curatoris hoc petere nō potest de quo per Socci.in cōsi.254. lib.ii.& Phil.Deci.in consi.349. Cū causa tamen potest ut puta ratione discordiæ uel scandoli euitandi ut per Socci.in consi. 265. uisis inuestituris
24 col.fi.lib.1. † In tex.ibi quæ si oportune celebrari, &c.hoc concordat cum iure communi. ℂ Nam si diuisio comode fieri non potest iudex potest adiudicare rem uni ita tamē ꝙ alteri præstet medietatem æstimationis si sunt duo uel plures fuerint.l.ii.§.fi. cum.l sequē.ff.fini.regun.§ penu. & fi.insti.de offi. iudi. Et in tali casu quādo iudex uni adiudicare habet utrum teneatur adiudicare illi qui plures partes habet in re & utrum illi permictatur licitatio est uidere capiti. in decisi. 36. ubi concludit ꝙ sic. Similiter etiā si esset res quæ esset confinis rei unius ex sociis uel ex cohęredibus debet adiudicari potius illi ꝗ alteri qui nō habet propinquitatem rei ut per eundem capitl.decisi.42. dixi supra in titu. de iur. prothomi.in.§.fi. Adde etiam ꝙ si sunt duo fratres puta & unus fecisset unam rem fertilem & meliorē sua industria & diligentia ꝙ in diuisione facienda inter ipsos fratres Res debet adiudicari illi qui eam fecit meliorem ne suos labores deploret.l.fin. C.de Allu.& Palu.c.si de pecu.cleri.facit dictū Bar.in.l. quicunque desertom.C.de om.agr.deser.lib.xi ubi uult ꝙ licet emphiteosis ecclesiastica nō transeat ad hæredes extraneos tamen si res emphiteosis sterilis est facta fertilis tamen transit ad extraneos hæredes quod dictum licet ab aliquibus doct. impugnetur tamen cōmuniter tenetur dictum Bart.de quo per docto.in.l.quod dicitur.ff.de uer. obli. & per Ripā in tract.de pest.in quarta part.uersi. item licet emphiteosis & ꝙ sit adiudicāda illi qui rem meliorem fecit tenet etiam Ripa in.l.in quartam nu.95.ff.ad lege.falci.teneo tamen ꝙ fratres debēt habere æquiualens quando ille qui laborauit erat in patria potestate quia aquisiuit patri.l.placet.ff.de acqui.hære.cum simi. ex affectione tantū sibi adiudicari de-
25 bet. † Adde etiam in hac materia ꝙ sunt aliquę res quæ non ueniunt in diuisione ut sunt porte magnę ex quibus habetur ingressus ad plures edes communes uel sunt gradus per quos est ascensus ad plures habitationes hæc non ueniunt in iudicio diuisorio ut est tex. in.l.arbor.§. de uestibulo.ff.comu. diui. & ibi Bal. per azo. in summa.C. comu. diui. uide capiti.in decisi.63. uide quæ dixi in.d.§.fi. de iur.
26 protho. † ℂ Verum aūt diuisio debeat fieri in globo & grosso modo iuxta glo.singu in.l.ii.in uerbo participibus. C.quando & quib.qu.par. lib x.uel debet fieri habito respectu ad quantitatem & bo-

27 nitatē uide omnino Boeri.in deci.46. † ℂ An autem ualeat pactum & fieri possit ꝙ res non diuidatur dic ꝙ si fieret pactum ꝙ non diuidatur in perpetuū non ualeret pactū.l.hoc iudicium.§.si conueniat.ff.comu.diui. & hoc causa infinitatis tollādæ ut per Alex. in.l.qui bona.§.huic stipulationi.ff.de dam.inse.sed ꝙ non possit diuidi infra certum tempus bene ualet. Et si fieret pactum simpliciter ꝙ res non diuidatur & non fuerit dictum ad certum tempus uel perpetuo debet intelligi per annos decem ita flori.in.d §.si conueniat uide Socci. in consi.278.
28 col.4.lib.ii. † ℂ Sed quæro utrū testator inter hæredes possit prohibere diuisionem & utrum iudex ex causa possit recedere a prohibitione testatoris dic ꝙ sic ut per Bart. in.l.inter pupillos.ff. de auto. tuto. Oldra.in consi.241 Socci.in consi.279. in lib. ii. Phil. Deci. in consi. 349. ad prædicta uide Boeri.in decisi.87.grama. in decisi.6. Aduerte tamen ꝙ testator non potest ordinare ꝙ heredes perpetuo sint in cōmunione ut per Pau.de Cast. & Iaso.in.l.si non sortem.§. si centum.ff de condi. inde licet ibi Alex.contrarium teneat tamen idem Alex. contrarium consuluit in con cxi. lib.iii. & cū opi. Pau. trāsit Ripa in.l.nemo potest col. 3.ff.de leg.i.
29 ℂ † Sed quo diuisio est facienda inter fratres quorū unus est clericus sunt in diuisione cōtrouersie oportet iudicem adhire quis erit iudex competēs Socci. in consi.14. in.4. lib. dicit ꝙ diuisio est actus mixtus & in seperabilis & propterea debet adhiri iudex ecclesiasticus ratione maioris dignitatis hoc credo uerum quando ante diuisionem diuidentes concurrunt ad iudicem pro ipsa diuisione facienda & sic ante factum.sed si facta diuisione clericus conquereretur contra secundum ς aicum debet ipsum conuenire Coram suo iudice per regulam iuris ꝙ actor sequitur forum rei.l.actor.C.ubi in re.agi. opor. Vincentius Maxilla.

DE PRAESCRIPTIONIBVS ET QVALITER IN DOMO PROPRIA LICET hostia aperire. Rubrica.




VM IVS omne & omnis actio in rem uel in personam sit prodita mobilis, uel res soli sit de qua queritur triginta annorū præscriptione excepta petitione dotium sopietur nec in talibus de more titulus affectatur si tamen bona fide possidetur: sed si contra ecclesiam uel erga fratres & proximos deprescriptione cōtenditur tum annis.xl. præscribitur, & bona fides & titulus postulatur seruitutem utroquamlibet. Tricennali spatio posse acquiri similiter & admicti antiqua Cardarsera compro-

bauit nisi contra ecclesiam uel erga fratrem & proximum de iure seruitutum quæratur, Tunc enim .xl. annorum curricula obtinebunt. ℭ Sed nec in domo propria balcones uel hostia quis poterit aperire nisi extra domum ad minus tantum suæ terræ reliquerit ut inter uicinum & se duorum palmorum diuersitas possit superesse. ℭ Cum autem debito cautio quæritur illud specialiter obseruatur ut si debiti cautio in singulis .xx. annis renouata non fuerit uel in iuditio contestata debiti petitio expirabit. ℭ Contra fiscum autem legibus indulta præscriptio non mutatur eo etiam q̃ de sacramento diximus obtinente. ℭ At si rem ab aliquo contingerit uendicari & possessor rem illã a uendicãte emisse se dixerit si petitor ꝑstitisse probauerit obtinebit q̃ si probare nõ poterit, & possessionẽ quin.quẽnio clarueris possidisse tali præscriptione tuebitur.

HAEC Consuetudo in quantum loquitur de præscriptionibus est emendata per constitutionem regni quæ incipit duram & diram in titu. de præscrip. in qua legislator mandat solum obseruari præscriptiones iuris communis, & tollit omnes alias præscriptiones & similiter tollit præscriptionem .xl. annorum aduersus fratres ut habetur in d. constitu. & illa præscriptio .xl. annorum aduersus fratres de qua in præsenti consuetudine habuit ortum a iure longobardo ut patet in titu. de præscript. l. si inter absentes fratres quæ lex. est septima in ordine in longobar. in tex. ibi, sed nec in domo propria, &c. Circa materiam præsentis. §. qui respicit secundam partem Rub. uide Bartho. Cepo. in trac. de serui. urba. prædio. in titulo de hostia siue porta & in titu. de fene. in tex ibi cum autem debito, &c. cõcordat cum. §. omnis debiti cautio supra de fid. instru. & cum. §. cum instrumenti amissi in uersi. si. supra de caut. reno. & uide. l. ii. de ꝑscrip. in lõgob.

SI A PATRE DOS PROMICTATVR AD *quid teneatur hæres Rubrica.*



CVM Pater dotem pro filia promiserit inter uiuos si obligationis tempore usque ad quartam seu septimã pro numero spopõderit liberorũ licet postea adeo labatur facultatibus q̃ promissum excedit legitimam obligatam patre uiuo tam ab ipso quam a fideiussoribus solidũ extorquetur. Eo uero mortuo nec hæredes fideiussor ultra legitimam cõueniuntur nisi post obligationẽ adeo facultatibus creuerit uel ad meliorem fortunã peruenerit ut litis tempore quod promiserit non excedat. Nam tunc uniuersę dotis petitio incolumis perseuerat, sed si ultra quàm lege permictitur dotis causa obligatur & solutum fuerit nullam de eo ab hæredibus petitio reseruatur. ℭ Sed si in ultimis uoluntatibus dotẽ pater plusquàm portio sit siue quantitas ultra legitimam dereliquit hęredes quod excedit legitimam nõ præstabunt. ℭ At cum mater alicuius marito dotanti filiã de Patrichio suo dare offitio concesserit pietatis renuente etiam filio donatio rata erit.

HODIE siue dos promictatur per patrem titulo dotis inter uiuos siue in ultima uoluntate relinquatur debet per hæredem integraliter
1 solui si uult esse hæres † quia hæres non potest uenire cõtra factum defuncti immo tenetur ad implere. l. cum a matre. C. de re. uendi. cum simi. & maxime si defunctus iurauit: nam licet iuramentum sit
2 personale quo ad pœnam reatus † tamen quo ad obseruantiã transit ad hæredes ut per Bar. & doct. in. l. cum quis decedens §. cod colli. ff. de lega. 3. & Cano. in. c. ueritatis de iur. iur. potest tamen filius admictere sororem ad hæreditatẽ in casu in quo non fuisset dos constituta a patre, ut habetur in constitu. in aliquibus in tex. ibi at cum mater, &c. ad hoc uide de qua dixi in. §. si. supra de iur. doti. ubi est con similis litera.

QVID HABEAT VXOR DE REBVS QVAS MARITVS VSVFRVCTVArio modo tenet Rubrica.



LICET In rebus alterius contracti matrimonii tempore maritus habeat usumfructum uxor tamẽ singulari iure si proprietarium maritum putauerit in his etiam quartam proprietatis consequitur & qui suarum rerum tantum concesserit usumfructum proprietatis quarta multabitur.

ISTE Tex. concordat cum. §. in omnibus rebus immobilibus supra in titu. de dona. inte. ui. & uxo. & ibi dixi.

Absente

ABSENTE MARITO QVID POTEST VXOR accipere mutuo Rubrica.



VM Maritus taxidio, uel exercitu cōmorans noscitur elongatus eius uxor usque ad duas untias poterit recipere mutuum, ad quod soluēdum tanquam si ipse contrasisset maritus urgebitur cum tamen talis fuerit mulier ut prædicta quantitas necessaria præsumatur alioquin persona mulieris intuita mariti facultatibus circumspectis iudicis officio moderatur.

HAEC Consuetudo concordat cum. §. super res dotales supra qual. mul. ali. permi. sit.

CVM MVLIER PER SE VEL PER ALIVM alienat Rubrica.



